CARACCIOLO

Sermones

quadragesimales

190 I 108
72

I-72

UNIVERSIDAD Y PROVA.
BIBLIOTECA.
DE ZARAGOZA.

naturam . Et ix.ethi.boni opacio ſtudioſa delectabilis eſt ſecundum
ſe ipſam.ꝛ tulius in libro de ſenectute.Cōſcia bñ acte vite multorum
qꝫ benefactoꝝ recordacio iocūdiſſima eſt. ¶ Scda vtilitas pueniens
ex bono qꝫ fit in peccato mortali dicit̄ ſatiſfactio Per illud qd̄ ſatiſ-
fit p̄ceptis dei et ecclie et inobediencie peccatū vitat̄. Nā ſi q̄s in pec
cato mortali exn̄s tenet̄ officium diuinū dr̄e ſi illud omittit mortali-
ter peccat ſi vero illud p ſoluit ſatiſfacit p̄cepto. Sicut eciam ſi laicus
obligatur diebus feſtiuis audire miſſam licet in peccato ſit ſi illaꝫ ex
contemptu omittat aliud peccatum mortale incurrit. ¶ Si vero au
diat p̄ceptū impleuit ꝛ ſic de reliquis eſt dicendum. ¶ Tercia vtili-
tas dicitur diminucio. Valet bonū ī peccato mortali factū ad diminu
cōnem temporalis pene. Merent̄ ſiquidē peccatores qn̄qꝫ nō ſolum
puniri eternaliter ſꝫ tpal̄r flagellari. Sed pꝑter bona que faciūt deus
temporalis pene mittigat ſeueritatem. Qd̄ putamus eſſe ſodomitas
vſurarios ꝛ ſacrilogos homicidas piuros blaſphemos ꝛ ſceleratiſſi-
mos homines quos niſi ſeruarēt bona que faciunt exterminaret de
terra potentiſſimus deus ſed eos ſuffert eos tolerat eiſqꝫ que mala ī
preſenti vita merentur ſuſpendit. Ideo quantomagis quis voluntatē
ſuam ſentit ad pniaꝫ minus diſpoſitam tāto magis conari debet face
re aliquod bonū vt ſic ſaltem vitare poſſit terribilia iudica dei.
¶ Quarta vtilitas dr̄ augmētacōis. Ad auget ſiqdem deus his q̄ in
peccato mortali aliq̄ ſua precepta ſeruare contēdunt tpalia bona qbꝫ
dat ſalubrem aerē fertibiles agros armenta fecunda vberes fructus
letam familiā amicoꝝ copiam ſanitatis leticiam honoris excellenciaꝫ
ꝛ alia ſimilia. Propterea dicit. deus peccatoribus oībꝫ illud yſaie. i.
Si volueritis. ſ. adhuc in peccato exn̄tes benefacere ꝛ audieritis me
bona terre cōedetis. ¶ Quinta vtilitas dicitur liberacionis. Liberat
pfecto bonū a peccatoribus opatū a poteſtate dyabolica. Quanto eī
q̄s magis peccatis habūdat tāto maiorē auctoritatē ſūit diabolꝰ ꝯtra
eū ꝛ ſcdꝫ mltitudinē peccatoꝝ ita iuſto dei iudicio pmittīt vexare et
moleſtare malos animā ꝛ corpus ſimul qn̄qꝫ ledendo. Sed cū inter
tot peccata inſerit̄ aliqd̄ opꝰ bonū piiſſimus deus reſtringit audaciē
eius. tanꝙ̄ magna eſt opis boni vis eciam in peccatoribus vt non ſo-
lum dyabolo reſiſtere ſed illum vincere valeat et expugnare. Eſt de h̄
exēplū grego. in dyalet. li. de iudeo illo nō baptiſato q̄ nocturno tem
pore exn̄s ſub quodam antiquo tecto ꝛ in heremo ſito ydolis. ꝯſecra-
to ſigno crucis tm̄ cōmunitꝰ demones omnes qui ibidem ꝯuenerāt
terruit atqꝫ fugauit. cui demones ip̄i pꝑter ſignum crucis tantū nul
lam moleſtiam inferre potuerunt. ¶ Sexta vtilitas dicitur diſpoſicio
Valet adhuc bonum factum a peccatoribus vt magis diſpoſiti ſint
ad ſuſcipiendam graciam dei vocātis ꝛ eos illuſtrantis ad penitenciā
Vnde de eo qui non eſt paratus peccata dimittere. Gregorius ait de
pe di. v. in. c. ſalſas. ¶ Nec tamen deſperet et interim quicquid boni
poterit facere hortamur vt faciat vt omnipotens deus cor illius illu

ſtret ad penitenciam·Vnde Alex·in·iiii·volumine ſumme conſulit hiſ
qui non ſunt parati ſua peccata relinquere vt ſemel in anno ſcḋm ec-
cleſie ſtatutū ſacerdoti ſe repreſentent eiq; dicāt·Ora ꝑ me ad deū pa
ter quia tale peccatū habeo qḋ dimittere non ꝓpono·Ex h̄ inquit ipſe
poſſibile eſſet vt qui credebat ꝓpoſitū malū mutare non poſſe tantā
a deo aſſequat̄ grāʒ vt mutet̄ in alteꝝ virū ⁊ de non cōtrito fiat cō-
trit9·Sic ⁊ Ric·in·iiii·di·xx·cū querit An valeant exn̄tibus in mor-
tali indulgēcie ſacre et relaxaciones q̄s facit eccleſia· Rn̄dit ꝙ q̄uis
non poſſit fieri remiſſio pene manēte culpa ⁊ ex ꝯſeq̄nti exn̄tes im-
mortali indulgēciam non conſequant̄ tn̄ ſi faciūt illud qḋ ꝯtinet̄ i for
ma indulgēcie prudenter faciūt qꝛ bona facta immortali peccato pec
catorū de ꝯgruo diſponunt ad pn̄iaʒ ⁊ illa mediāte ad ſuſcepcionem
grē ⁊ remiſſionis peccatoꝝ per diuinam miaʒ hec·Ric· Et qḋ ipſe
doctiſſime loquit̄·Marie egypciace peccatricis exēplū roborat et con
firmat·Que ex alexandria vbi·xvii·annis libidini publice deſeruierat
diſceſſit vt iret ieroſolimā cum his qui ibant ad adorandum crucem
chriſti non eo propoſito vt a turpitudine ſua deſiſteret ſed tantum vt
modicū illud bonum ipſa cum aliis oparet̄ in itinere nauigādo nau
tis ſuum corpus ꝓſtituit·Cum tādem ieroſolimā aduemſſet terq; tēp
tans ingredi templū ⁊ tanq̄ meretrix repulſam paſſa a dn̄o tacta ſe
ꝯuertit ad lacrimas peccata deflere cepit que iaʒ cognoſcebat illa ab
horrebat illa deteſtabat̄ illa ampli9 non ꝓſequi ꝯfirmabat clamabat
ad dominum·Miſerere mei qꝛ peccaui nimis·Clamabat ad virgineʒ
matrem·Succurre ⁊ tu michi clementiſſima genitrix dei· Ecce iam
tercio ingredi volui eccleſiam vt adorarē crucem filii tui in q̄ pepen-
dit ꝑ me peccatrice ⁊ viliter vt mereor eiecta ſum·Succurre tu mihi
o fons pietatis·o mīe ſpeclm̄·Et audiuit vocem de celo dicentē ſibi·
Si trāſieris iordanē ſalua eris·Qua voce confortata iteꝝ ad eccleſiaʒ
acceſſit ac eam libere intrauit abſq; ꝯtradictione ⁊ cū lacrimis et cō-
punctione cordis de oſculata cruce foras ꝓdiit affuitq; illi ꝑſona q̄-
dam venerabil' tot nūmos illi afferens quot ad tres panes emendos
ſufficere potuere·Quibus emptis deſerta trans iordanem peciit· Ibi
xvii·annis oracioni ꝯtemplacioni ⁊ deuocioni inſiſtens tres tātū il-
los panes ꝯſumpſit·Multiplicabant̄ ſiq̄deʒ ex miracło dei ita ꝙ toto
illo tp̄e illam cibarūt·ibi eciaʒ·xvii·aliis ānis ſupuixit ſine cibo ⁊ po
tu grā dei ⁊ cibo celeſti recreata·ibi abbatē Zoſimaʒ deſerta per cur
rentem ſpū ꝓphetico nouit nomine ꝓprio eū vocauit bn̄dictionē ab
eo peciit ⁊ vitā ſuā illi reuelauit poſtulauitq; vt ſancto dn̄ice reſur-
rectōis die ad ripā iordanis ſanctiſſimū ſacramentū dn̄i ferret ibiq;
illam expectaret·Diſtabat locus ille a iordanis fluīe ꝑ dietas·xxx·
Receſſit zoſimas fecitq; q̄ maria hūilit̄ pecierat·et ipſa die paſce ſtās
in ripa iordanis vidit eam venientem ⁊ facto crucis ſigno ſuper a-
quam ſiccis pedibus ambulantem·Et cum ꝑueniſſet ad eum reueren
tiſſime cōmunione ſuſcepta per eandem viam rediit ad locum vnde

receſſerat. Eadem enim die per angelos deportata fuit p omne ſpacium illud quo diſtabat locus ad quē rediit a iordane. Sequenti vero anno ad locum illū Zoſimas puenit viditqȝ in terram. Mariam iacētem corpuſqȝ ei9 examine ad caput vero ſcripturam quadā dicentem Sepili Zoſima marie corpuſculū que die paſce q̄ a te ſacramētū venerabile ſuſcepit migrauit ad dñm. Intellexitqȝ ꝙ nō niſi angeli portauerāt eam qñ p. xxx. dietas vna die iter pfecit. ⁊ cum de ſepultura ei9 ſollicitus Zoſimas cogitaret nec haberet modum effodiendi terrā vidit leonem ferociſſimū ad ſe gradientē q̄ fortiter cepit fodere ſepultureqȝ locū ꝯueniētiſſime pparauit. in qua recōdito corpore ſancte leo viam ſuā tenuit ⁊ Zoſimas ad ſuam cellā rediit in dño conſolatus.

O admirabilis bonitas pr̄is noſtri dei que nō reſpicit peccata hominū cū redeūt ad penitenciā. Nō negligit eciā peccatores ad pñiam illuſtrare ſi ⁊ ipi bonis opibus ſe adiuuare voluerint. Septima vtilitas dr ꝯtinuacō. Valet bonū in peccato mortali factū ad ꝯtinuādū ⁊ pſeuerandū in bona vita. Facilius enim pōt pſeuerare in bono qui bñfacere ꝯſueuit ꝙ̄ q̄ bñfacere nūꝙ̄ didicit ſicut diffuſius dixi in tractatu de v̄tutibus ſermone. i. capi. ii. Hīnc ſapiēs eccleſiaſt. xii. c. ait. Non eſt ei bene qui aſſidu9 ē in malo. Octaua vtilitas dr alleuiacio. Poſito eñ ꝙ q̄s in peccato mortali faciens bonū pter ſuā in pñiaȝ eſſet dānatus v̄tute illius boni penā forci9 ſubſtineret leuiorqȝ ei fieret. Vnde augu. in ench. ait. Tale bonū facit vt tolerabilior fiat dānacio. Nona vtilitas dr glorificacio. nā ſi peccator p pñiaȝ moriat̄ in ſtatu ſalutis et p illaȝ obtineat vnū tantū gradū beatitudinis in eo gradu erit cū ampliori gaudio accñtali pter bonū qd̄ in peccato mortali fecit ꝙ̄ ſi illud omiſiſſet. Animent̄ ergo omnes ⁊ iuſti et peccatores ad opa bona pter q̄ piiſſim9 de9 puocat̄ ⁊ ipſe eciā peccatores eq̄nimiter ferre eiſqȝ ſua beneficia innumera impartiri largiēs h̄ graȝ ⁊ in futuro gl'iaȝ ī q̄ viuit ⁊ regnat p infinita ſclo͡ꝝ ſcl'a Amen.

¶ Feria tercia p9 dñicā in ſeptuageſima de his q̄ mouere habent penitentes ad obediendū deo ⁊ qualit̄ oēs hōies ſtudere debent ad ſeruādum p̄cepta altiſſimi. ¶ Sermo. iii.

Multi ſunt vocati pauci vero electi. iteꝝ vbi ſupra. Data ē ab opti deo ſuo digito ꝯſcripta lex mandatoꝝ ad que obſeruāda oēs hōies ꝯuocauit. Sȝ pauciſſimi repiunt̄. qui vt decet taȝ excelſo et glorioſiſſimo dño obedire velint nec recte excuſare ſe pñt diuinorum preceptorum tranſgreſſores quos oēs voces ſcripturarum excitant et inuitant ad obedienciam dei. Et quia vt premiſſum eſt in ſermone precedenti merces eterne vite non datur niſi ſeruantibus dei mandata. Idcirco in hoc ſermone de his que merito inducunt nos ad ferendum iugum obediencie diuine ero dicturus vt ſic hi qui ad penitenciam redire diſponunt magis animentur ad exequenda opera bona et eſſe valeant de numero illorum paucorum qui electi erunt. Notabimus ergo tria eſſe illa que nos ad dei

obedienciam p̄cipue et principaliter debent animare·

¶ Primū ē legis excellēcia
¶ Scd̄m dei reuerencia
Terciū obie efficacia

¶ De excellēcia moſayce legis ⁊ q̄re non ſeruant̄ a nobis niſi quo ad p̄cepta mora- lia· Capl̄m·i·

Primū qd̄ nos aīare et inducere deb; ad obiā; dei dr̄ legis ex- cellencia· Nam mandat̄ q̄de; nobis et iniungit̄ ſeruare lege; excellentiſſimā ↄtinente; p̄cepta v̄tutū vt dicit Alex· de ales in ·iii· volūie ſūme· S; p clariori intelligēcia hui9 ptis tria erunt du- bia declarāda· Primū vtꝝ lex diuinoꝝ p̄ceptorum ſit a bono deo da- ta· Scd̄m vtꝝ lex moyſi ſit a nobis ↄuenienter obſeruata· Tercium vtrū in p̄ceptis decalogi ſit regula ſalutis ſufficienter aſſignata·

¶ Primū dubiū declarādū vtꝝ lex diuinoꝝ p̄ceptoꝝ ſit a bono deo data quia lex illa eſt ea quā moyſes dux populi hebreoꝝ tulit ⁊ pro- mulgauit· Et ſtatim offerūt ſe heretici aſſerētes illam legem eſſe non a deo ſ; a principe tenebraꝝ· Et arguebāt ſcd̄m ꝙ Augu· dicit in li° ↄtra aduerſarium legis ⁊ pphetaꝝ dicētes· Dei pfecta ſunt opera· S; lex moyſi erat impfecta· Hebre· vii· nichil ad pfectum adduxit lex Ergo non erat opus dei· S; ſanctus Tho· i· ii· q· xcviii· reſpondit· Qd̄ lex illa p illo tempore bona erat et optima licet impfecta ſit re- ſpectu temporis euāgelii et legis gr̄e· Qd̄ autem fuerit a bono deo p- batur tripliciter· Primo ex moyſi ſanctitate· Scd̄o ex xp̄i auctoritate Tercio ex legis bonitate· ¶ Primo pbat̄ ex moyſi ſanctitate· Ipſe e quidem legiſlator ſanctiſſimus ⁊ amicus dei fuit amator veritatis et iuſticie ſanctior · Nūma pompilio qui ſecundum yſidoꝝ· vi· ethimol· leges dedit romanis ⁊ foroneo qui grecis ⁊ Mercurio thermegiſto qui egypciis et ip̄o Ligurgo qui leges tulit lacedemoniis de quibus omnibus eſt· c· Moyſes· di· vii· decretorum· De ſanctitate vero moyſi loquitur ſapiēs eccleſiaſt· xlv· cum de eo dicit · Dilect9 deo ⁊ hōibus cui9 memoria in bn̄dictōe eſt· Sile; illū fecit in gl̄ia ſanctoꝝ ⁊ mag- nificauit eū in timore inimicoꝝ et in verbis ſuis monſtra placauit· Gl̄ificauit eum in ↄſpectu regum ⁊ iuxit illum coram populo ſuo ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam· In fide et leuitate ipſius ſanctum fecit il- lum ⁊ elegit eum ex omni carne· Audiuit· enim vocem ipſius et in- duxit illum in nube· ⁊ dedit illi cor ad precepta ⁊ legē vite et diſcipli- ne· Et numeri· xii· c· de eo dicit̄· erat moyſes vir mitiſſim9 ſup omēs homines qui morabant̄ in terra· Et exo· xxxiiii· recitatur hyſtoria q̄li- ter moyſes ieiunando· xl· dies· xl· noctes legem accepit a dn̄o· et actu- um· vii· Stephanus leuita accuſātibus eum quaſi male ſenſiſſ; de le- ge ⁊ de moyſe reſpondebat· di· Moyſes fuit gratus deo et eruditus i omni ſapiencia egypciorum potens in verbo ⁊ in opib; ſuis ⁊ infra Hic eſt moyſes de quo dixit de9 filiis iſrl̄· pph̄; vobis ſuſcitauit de- frib; v̄ris tāq̄ meip̄; audiet ⁊ infra accepiſtis legē in diſpōicōe ange- loꝝ· ⁊ gal̄· iii· apl̄us inq̄t· Lex data ē p anglos in manu mediatoris· ſcd̄o pbat̄ ꝙ lex moyſi a bono deo fuerit data ex xp̄i auctoritate· Nā

math·v·dixit·Non veni ſoluere legem ſʒ adimplere · Si igitur fuiſſet
lex a principe tenebraꝝ non impleuiſſet eaʒ· Et luce·ii·dr· Poſtq̄ im
pleti ſunt dies purgacōis marie ſcd̄ʒ legeʒ moyſi tulerūt illū ī irlēm
vt ſiſterēt euʒ dn̄o ſicut ſcriptū ē ī lege dn̄i·Et luce· xvi·Hn̄t moyſē
et pphas audiāt illos·et luce·vlt̄ ·c·Neceſſe ē ipleri oīa q̄ ſcripta ſūt
in lege moyſi et pphis et pſalmis de me·Et apoſtoli ſciētes volūtatē
xp̄i de lege moyſi eis p̄dicata illā ꝯmendarunt ·Vnde paulus ad ro·
vii·ait·Lex quidem ſancta ⁊ mandatū ſanctū eſt·Et·i· thi·i·Scimus
autē q2 bona eſt lex ſi quis ea iuſte vtat̄·Tercio pbatur ꝙ lex fuerit
bona ex legis bonitate q2 lex illa hoīes ordīabat ad bonū illud p̄cipi
ēdo ⁊ malū phibēdo·Nō eī dyabol9 legē tuliſſet p quā hoīes fierēt
boni ⁊ dyabolus ip̄e eſſet confundendus· ¶Secundum dubiū decla-
randum erat·Vtrum lex moyſi ſit a nobis conueniēter obſeruata·et
videt̄ ꝙ nō q2 nos illius legis ſum9 manifeſtiſſime violatores ·Naʒ
in lege illa mlta dant̄ p̄cepta que non obſeruant̄ a nobis vtputa p̄ce
ptū de ſanctificacione ſabbati exo·xx·De celebracione ſenophegie pa
ſce pentecoſtes et de eſu agni paſcalis· de lapidacione filii inobediētis
mulieris adultere et violantis ſabbatum ac de aliis omnibus de qui-
bus habet̄ in li·leuit̄·numeroꝝ et exodi in pluribus caplis·Si lex il-
la bona erat ⁊ xp̄s illā ipleuit ea faciēs q̄ ⁊ iudei faciūt pſeueranter
quō poſſunt ea xp̄iani dimittere abſq3 peccato·Ad hanc difficultateʒ
ego reſpōdeo ſcd̄m Alex·de ales in·iii·volūie ſumme· et tho·i·ii·q
xcix·Qd̄ in lege moyſi tria erant genera p̄ceptoꝝ·Judicialiū·Cerimo
nialium·Moralium·Primo in lege illa erāt p̄cepta iudicialia quibus
plectebant̄ delinq̄ntes et puniebant̄ rei·Sed ſeueritas taliū p̄ceptoꝝ
finem habuit in aduentu iheſu xp̄i redemptoris p quē facta eſt pax i
ter deū ⁊ hoīes peccatores·Ex h̄ inq̄t Hiero·ad Damaſum papaʒ
de filio pdigo·Lex q̄ppe iuſticie tenax clemēciaʒ nō habebat ſed q̄cū-
q3 adulter fraudator homicida ⁊vt breuit̄ dicā mortali crimīe detine
bat̄ nulla venia penitēcia laxabat̄ a crimīe oculum pro oclo dentem
p dente aiaʒ p aīa iubebat̄ exſoluere·Sʒ miſit de9 filiū ſuū natum ex
muliere factū ſub lege q̄ auſteritatē legis euāgelii gr̄a tēperauit·
Vn̄ aplus eccliis ſcribēs·Gr̄a inq̄t vobis et pax a deo pr̄e ⁊ dn̄o ihu
xp̄o gr̄a q̄ nō ex merito retributa ē ſʒ ex donāte ꝯceſſa · Pax vero q̄
deo reconciliati ſumus habentes ppiciatorem dn̄m nr̄m iheſum xp̄m
et ip̄e eſt ppiciacio p peccatis nr̄is·hec ille·Jdeo dicēdū ꝙ p xp̄m do-
minū liberati ſumus ab onere iudicialium p̄ceptorum ⁊ a timore pe
naꝝ legis q̄ non obligabat q̄ntū ad hoc niſi vſq3 quo xp̄s veniſſet q̄
adultere dixit·Joh·viii·c·nec ego te ꝯdemnabo· Vade ⁊ ampli9 noli
peccare·Scd̄o in lege erāt p̄cepta cerimonialia d̄ q̄b3 ſcribit̄ exo·xviii
c·eſto populo in his que ad deū ſunt oſ̄deſq3 ei cerimonias et ritū co
lendi·hic precepta continebant omnia ad dei cultum pertinencia de q̄
bus in tractatu de legibus deo dante tractabo diſtincte· Jdeo nunc
ſufficit declarare quare illa obſeruare pretermittimus · Et dico quia



B. D. L. V. Z.

id facimus racionabiliter et abſqꝫ peccato quoniam omnes cerimoīe veteris legis vmbra erant et figura eoꝝ que p xp̄m erant gerenda · Jdeo adueniente veritate ceſſat figura · Vnde ꝛ apl'us ad hebre·x· dicebat·Vmbrā habens lex futurorum bonoꝝ nō ipſam imaginē re tū·vmbra ſiqdem min9 eſt q̄ imago tanq̄ imago ptineat ad nouam legem vmbra ad veterē·Et iteꝝ col'·ii·Nemo vos iudicet ī cibo aut in potu aut in parte diei feſti aut neomenie aut ſabbatorum que ſunt vmbra futuroꝝ·Et augu·in·vii·li·de ci·dei·c·xxxii·de hac re ſic pulchre loq̄tur·Omnes em̄ non ſolum pphie que in verbis ſunt nec tantū p̄cepta vite q̄ mores hoīm pietatēqꝫ ꝯformāt atqꝫ illis lr̄is continent·reꝝ eciam ſacra ſacerdocia tabernaculū ſiue templū cerimonie ꝛ dies feſti et oīa alia que ad eam religionem ptinent que deo debet ꝛ grece pprie latria dicit̄ ea ſignificarūt et pnunciarūt que ppt̄ eternam vitam fidelium impleta in xp̄o credim9 impleri cernim9 ꝛ implenda ꝯfidimus·hec ille·Sꝫ ꝯtra arguere poſſumus·Quia cerimonie veteris legis nō ceſſauerūt in xp̄i aduentu·Primo qr baruch·iiii· dicit̄·Hic eſt liber mādatoꝝ dei et lex que eſt in eternum·Sꝫ ad legē ptinebant cerimonie·ergo durature erāt in eternū·Scd̄o qr oblacō leproſi mundati ad legis cerimonias ptinet·Sed eciam in euāgelio p̄cipit̄ leproſo mundato vt hm̄oi oblaciones offerat·ergo cerimonie legis veteris non ceſſauerunt chriſto veniente·Tercio obicitur ex eo q circumciſio erat inſtituta in ſignum fidei habrae obſeruacio autem ſabbati ad recolendum beneficiū creacōis et alie ſollēnitates legis ad recolendum alia dei beneficia·Sed fides habrae eſt ſemper immittāda eciam a nobis ꝛ beneficium creacionis et alia dei beneficia ſemp ſunt recolenda·ergo ad minus circūciſio ꝛ ſollennitates legis ceſſare nō debuerūt·Reſponſio ad hec omnia ſecundum·Tho·i·ii·q·c·iii·
Ad primū q lex vetus dr eſſe in eternum ſecundū moralia q̄dē ſimpliciter ꝛ abſolute·ſecundū cerimonialia vero quantum ad veritatem p ea figuratam·Ad ſecundū dicendū·Qd miſterium redempcionis humani generis ꝯpletū fuit in paſſione xp̄i· Vn̄ tūc dn̄s dixit·Cōſumatū eſt·Joh·xix·Jō tūc totalr̄ debuere ceſſare legalia iam veritate eoꝝ conſumatum in cuius ſignum in paſſione xp̄i velum templi ſciſſum eſt math·xxvii·Et ideo ante paſſionem chriſto predicante et miracula faciente currebat lex et euangelium·quia iam miſterium xp̄i erat inchoatum ſꝫ non dū ꝯſumatū·Et pp̄ter hoc mandauit dn̄s ante paſſionem ſuam leproſo vt legales cerimonias obſeruare·Poſt paſſionē vero chriſti vſqꝫ ad tempus euāgelii diuulgati legalia cum euangelio currebant non de neceſſitate ſed ex quadam congruitate ne ſcandalizarentur iudei·Jdeo paulus circumcidit thimotheum q̄ ex matre iudea erat·Titum vero quia ſimpliciter erat gentilis circūcidere noluit vt in circumciſione thimothei oſtenderet ſacramenta legalia nō debere damnari·et in hoc q titum circumcidere noluit oſtenderet ea non eſſe neceſſaria·Poſt diuulgatū autē euāgelium ſunt oīa p̄hibita

gaudiū ex ſalute peccatoꝝ qꝛ de pluribꝫ gaudēt ſcđꝫ ꝙ pl'es ſaluanť
Si aūt loquamur de cremento gaudii q̄ntū ad intencionem ſic eſt di-
ſtinguēdū. Nā gaudiū duplex ē. Quoddā eſt gaudiū ī quo ꝯſiſtit p̄mi
um ſubſtāciale ⁊ illud ē gaudiū de bono increato qđ angel9 hꝫ đ deo
⁊ eſt in deo. Eſt iteꝝ gaudiū quoddā accidētale ⁊ illud ē gaudiū qđ ā
gel9 hꝫ de bono creato ſiue ꝓp̄o ſiue alieno. De hui9 vero gaudii au
gmento triplex fuit opinio. Prima eoꝝ qui dixerūt. Qđ in anglis bea
tis accreſcit vtrūqꝫ gaudiū intēſiue qꝛ nondum ſunt ꝑfecte beati q̄ꝯ-
uis ſint ꝯfirmati in grā. Sꝫ h̄ opinio fl'a eſt qm̄ ꝑfecta beatitudo in-
uiſione conſiſtit diuine eſſencie. Et math. xviii. dr̄. Angeli eoꝝ ſemper
vident faciem p̄ris mei q̄ in celis eſt. Secunda opinio fuit eorum qui
dixerunt ꝙ neutꝝ gaudiū creſcat in anglis intēſiue ſꝫ ſolū extenſiue
ſicut caritas eoꝝ non eſt maior q̄ fuit abinicio q̄uis plures nunc di
ligant q̄ tūc. Sꝫ iſtud non videť ꝓbabile qꝛ ſi angelis accreſcit mate-
ria gaudii accreſcit ⁊ ipſum gaudiū. Tercia opinio catholica ⁊ ſecu
ra eſt eoꝝ q̄ tenēt ꝙ in aglis nullo modo accreſcit gaudiū in quo cō
ſiſtit premiū eſſenciale quia quantū ad illud ꝑfecte ſūt beati. Sꝫ gau-
dium in quo ꝯſiſtit premiū accidētale accreſcere pōt nō ſolū extēſiue
veꝝ eciā intēſiue et rōe boni ꝓp̄i ⁊ rōe boni ꝯiuncti quia miniſtran
do aliis bona opa faciunt in q̄bꝫ p̄miū accidentale merenť ⁊ qꝛ eciam
ꝯciues ſuos ad beatitudinē ꝓducūt ſup q̄bꝫ ꝯgratulāť. O q̄ vigilan-
ter itaqꝫ atqꝫ ſollicite debent curare peccatores miſeri de ſuis peccatis
p̄niaꝫ facere quos expectant oēs anglici chori quos inuitant angeli
ad ꝑadiſi delicias. Venite inquīt o peccatores fetidi. Venite ad poſſi-
dendam ciuitatē oīm bonoꝝ vbertate refertiſſimaꝫ. Venite ꝑ ſanctaꝫ
p̄niaꝫ ad cenā magni dei. Quid queritur male opando cū tenebrarum
principe. Quid cū ꝯmercio demonū. Quale p̄miū de peccatis et malis
ꝯmiſſis ſpectare poteſtis. Stipendia inq̄t apl'us peccati mors eſt. Ro.
vi. Nra ſit vobis grata ſocietas vt ſil' couiuamus in feliciſſimo regno
dei. O peccatores duri. O peccatores obſtinati. Vos exſpectamus vt a
gať p̄niaꝫ q̄ tm̄ placꝫ deo nr̄o vt ⁊ nos velit eciaꝫ in vr̄a ꝯuerſione le
tiſſimos fieri atqꝫ iocundos.

Qđ de9 eciā in eccl'ia militāti exaltat ⁊ ſublimat ad dignitates ſpi
rituales peccatores ſi reuertanť ad p̄niaꝫ. Capl'm. iii.

T Ercius effectus qui ꝯſequiť ꝯuerſionem peccatoris dr̄ pecca
toꝝ exaltacō. Voluit quidē de9 oſ̄ndere q̄ gratū ſibi eſt cum
peccatores ad p̄niaꝫ ꝯuertunť eos miꝝ immodū ſublimando
⁊ exaltando in vtraqꝫ eccl'ia militanti. ſ. et triumphāti. Et licꝫ ſcđꝫ ri-
gorem diſcipline q̄nqꝫ factū vt ab eccliaſticis dignitatibus ꝓpter cri-
mina nonnulli caderēt ad quas eciā p9 pactā p̄niaꝫ nō liceret redire
vt ſcribiť. l. d. c. Vt ꝯſtitueret ⁊ c. Si lapſis ⁊ c. q̄ ſel' ⁊ c. p̄ſpiterū ⁊
c. Miror ⁊ c. Clericū ⁊ c. Clerici ⁊ c. Si eps. Verūtm̄ hoc nō dr̄ ex de
ſperacione indulgencie. Quinimo inuenti ſunt q̄ pl'es qui poſt lapſū
per penitenciam reſtituti ſunt ad ſpirituales ordines et eccleſiaſticas

dignitates·fuit princeps apl'oꝝ petrus reſtitut9 p pñiaꝫ ab apoſtola
tū ⁊ principatū apl'oꝝ nō obſtāte p̄cedenti peccato ſicut ſcribit·l·di·c·
pōderet ⁊·c·ɔſiderand' ⁊·c·fidel'r in·c·vero Si poſt ordinacioneꝫ·§·Si
cōtra·alia peccatoꝝ peniteciū inducunt exēpla·dr enim ibi ſic· Ma-
ria ſoror aaron poſtq̄ lepra pcuſſa eſt qr in moyſen murmurauerat
acta pñia a peccato mūdata ē ⁊ p̄ſtinā gr̄aꝫ pphandi recepit·Aaron
p9 ɔflatū vitl'uꝫ i ſummū ſacerdotē ɔſecrat9 ē·dauid p9 adulteriuꝫ ⁊
hōicidiū pphie ſpūm recepit ⁊ in ppo gradu pmāſit· achab q̄ꝫ poſt
mortē naboth viri ſanctiſſimi p pñiaꝫ humiliat9 in regia ſede remāſit·
⁊ vt p̄tereamus m'lta exēpla veteris teſtamēti·petr9 negauit xp̄ꝫ et p9
ea princeps apl'oꝝ factus eſt·paul9 ſtephanū lapidauit et tñ a deo i
apl'uꝫ eſt electus·multi q̄ꝫ ab hereſi ad vnitatē fidei catholice reuer-
tētes in ſuis ordinibꝫ ſunt recepti·alii vero ad ep̄alem eciā gradū ſunt
pmoti vtpote·aug9·⁊ alii plimi·h̄ ibi·Verūtñ inter oēs peccatores p
pñiaꝫ reſtitutos ad p̄cedentes grad9 ſiue ad alios aliquos de nouo e
is collatos efficaciorē nobis fiduciā ⁊ animū p̄ſtant tres illi neq̄ſſimi
viri paul9 ſupbiſſim9 dauid luxurioſiſſim9·math9 vero cupidiſſim9
⁊ auarus·hoꝝ tñ voces magis q̄ alioꝝ voluit ſpirit9 ſanctus in ec
cleſia reſonare·Licet eñ ſcripſerit euāgelia iohannes· lucas ⁊ mar-
cus tñ freq̄nci9 legit euāgeliū ſcd̄m mattheū·⁊ licet inueniāt pſal·ali
orū m'ltoꝝ nō ſolū illi quos dauid cecinit tñ eccleſia illos dauid ſepi
us decātat·licꝫ eciaꝫ petr9 iacobꝫ et iohes ac iudas thadus ſuas epl'al
canonicas ſcripſerint tñ epl'e pauli magis in diuinis officiis habent
in vſu·qd ideo factū eē credendū ē vt oēs pcipiant q̄ cara deo ſit cō
uerſio peccatoꝝ quos tā ſublimit p pñiaꝫ in eccl'ia ſua dignat9 ē ex
altare·q̄nta aūt erit taliū i regno celoꝝ gl'ia a redēptore mihi dictū ē
Math·xxi·meretrices inq̄t ⁊ publicani p̄cedent in regno celoꝝ· ⁊ h̄
exēplo mr̄atū ē in tharſi meretrice pulchrima et formoſa q̄ poſtq̄ m'l
toꝝ aīas illaq̄auerat dediſſetq꜠ m'ltis occaſionē ſeipos interficiēdi ac-
cedente ad eā panucō ſanctiſſimo viro ɔtricōeꝫ ⁊ ɔpūctioneꝫ ſuorum
ſceleꝝ habuit aduſtiſq꜠ omnibꝫ vanitatibꝫ in platea publica vt daret
exemplum his cum quibus peccauerat in cellula quadam paruula
ſe incluſit in qua p feneſtrā paululū panis ⁊ aque quibꝫ ſuſtentaret
die qualibet accipiebat·Cum ergo tribus annis fuiſſet incluſa profe-
ctus panucius ad abbatem anthonium cui m'lta reuelabant a deo vt
ab eo inquireret ſi ei deus ſua peccata remiſiſſet ·Narrata cauſa ſan
ctus anthonius conuocatis diſcipulis p̄cepit vt illa nocte orarent ſta
timq꜠ abbas·Paulus maior diſcipulus anthonii vidit in celis lectum
ſpecioſis ac precioſis veſtibus ornatū quem tres virgines ſacre facie
clara cuſtodiebant·Cumq꜠ paul9 diceret gloriā illā eſſe anthonii audi
uit vocem·d·ſibi Non eſt Antonii ſed tharſis meretricis·Qd cū ma-
ne audiſſet panucius cum gaudio diſceſſit · Et cum illam eduxiſſet de
cella·xv·diebus ſupuixit poſt quos meretrix penitēs quieuit in domi
no·Audiuimus igitur ex tribus effectibus enarratis q̄ ſumma ē in

ꝛ mortifera·Cõcordat his Alex·in·iiii·volũie ſumme·et Ri·in·iiii·di·
i·Ad terciũ obiectũ ſic Rñdit tho·Qd fides abrae fuit comẽdata in h
ꝙ credidit diuine ꝑmiſſioni de futuro ſemĩe in quo bñdicerent oẽs gẽ
tes·Et ideo ꝓdiu hoc erat futuꝝ opoꝛtebat ꝓteſtari fidẽ abrahe in
circũciſione·Sʒ pꝰꝙ iã h ẽ pfectũ opʒ alio ſigno declarari·ſ·baptiſ
mo q̃ in h circũciſioni ſuccedit ſcdʒ illud ap̄li cl·ii·c·Circũciſi eſtis cir
cũciſione nõ manifeſta·Sʒ in circũciſione xp̄i ↄſepl'ti ei i baptiſmo i
quo et reſurrexiſtis p fidẽ operacõis dei·h ille·De ſabbato aũt qd ſig
nificabat p̄mã creacionẽ dicimꝰ q2 mutatũ eſt in diẽ dñicũ in quo cõ
memorat noua creatã incohoata in reſurrectõe xp̄i·Silr aliis ſollẽni
tatibʒ veteris legis noue ſollẽnitates ſuccedũt q2 bñficia illi populo
exhibita ſignificãt bñficia nobis p xp̄m ↄceſſa·Vnde feſto paſce ſuc
cedit feſtũ paſſionis xp̄i ꝛ reſurrectionis·Feſto pent·in quo data fuit
vetus lex ſuccedit feſtũ pent·in quo data fuit lex ſpiritus vite·Feſto
neomenie ſuccedit feſtũ beate v̄ginis in qua p̄mo apparuit illumina
cio ſolis·i·xp̄i p copiã grẽ·Feſto tubaꝝ ſuccedũt feſta ap̄loꝝ Feſto ex
piacionis ſuccedũt feſta martiriũ et ↄfeſſoꝝ·Feſto tabernaculoꝝ ſuc
cedit feſtũ ↄſecracõis eccl'ie·Tercio in lege moyſi erãt p̄cepta mora
lia de quibus dicit eccleſiaſt·xvii·Addidit illis diſciplinam et legẽ vi
te hereditauit illis·Vbi glo·ait Diſciplina eſt erudicio moꝝ·Talia
ergo p̄cepta moralia a nobis obſeruari debent que exo·ii·c·ↄmemo
rant·Et h duratã erit vſqʒ ad ↄpletũ numeꝝ electorũ·Terciũ dubiũ
declarandum erat·Vtꝝ in p̄ceptis decalogi ſit regula ſalutis ſuffici
enter aſſignata·Nam ex·x·c·exo·colliguntur tantum decẽ mandata vi
delicet·Primum non habebis deos alienos·Scdm non aſſumes no
men dei tui inuanum·Tercio memẽto vt diem ſabbati ſanctifices·
Quartũ honora p̄rem tuũ ꝛ matrẽ tuam vt ſis longeuus ſup terram
Quintũ non occides·Sextuũ non mechaberis·Septimum non furtuʒ
facies·Octauum nõ loquaris ↄtra p̄ximũ tuum fl'm teſtimonium·
Nonum nõ ↄcupiſces domũ p̄ximi tui·Decimũ nõ deſiderabis vxorẽ
eiꝰ·In quibus p̄ceptis plene ↄtinent oia p que poſſit hõ eternam ſa
lutem accipe·Quoniam inqt boñ·in·iii·di·xxxvii·Omnis lex mandat
iuſticiã q̃ cõiter dicta nil aliud eſt niſi vt hõ ad deũ ſit ꝛ ad p̄ximum
ordinatus·Vñ luce·x·et math·xxii·xp̄s dixit·Diliges do·d·t·ꝛ·p·tuũ
ſicut teip̄m·In his duobus p̄ceptis tota lex pendet ꝛ pph̄e· Ex hoc
moyſi data fuerũt due tabl'e lapidee i quaꝝ p̄ma ↄtinent mãdata ad
deum nos ordinãcia·in ſcda mãdata nos ad p̄ximum ordinãcia·Suf
ficiencia vero mandatoꝝ p̄me tabl'e ſummi põt tripliciter Ex pte obie
cti·et pte ſubiecti ex pte actus medii·Primo ſumit ex pte obiecti ſic
nã cũ i do ſint tres pſõe ꝛ tria appꝛiata ꝛ tplex genꝰcãe ſcdʒ ꝙ ↄpa
tur ad creaturã tplex eſt p̄ceptũ ſcdm ꝙ creatã rõnal' ordinari habʒ
ad deum·nam ſcdm rõnem maieſtatis que appropriat patri ꝛ conue
nit deo ſecundum ꝙ eſt cauſã efficiens creature ordinatur per illud
preceptum·non habebis deos alienos·Secundum racionem veritatis

que apropriaꝛ̃ filio ⁊ ꝯuenit deo ſcd̃m ꝙ eſt cã formalis ⁊ exẽplaris
creature ordinaꝛ̃ ꝑ illud·nõ aſſumes nomen dei tui inuanũ·Scd̃m ra
cionem bonitatis q̃ appriaꝛ̃ ſpũi ſancto et ꝯuenit deo ſcd̃m ꝙ ẽ cã fi
nalis ordinaꝛ̃ hõ ꝑ illud ꝓ̄ceptũ Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices
Jta vt ꝑ h̃ tria ſubiaceat ſumme maieſtati·credat ſumme veritati · et
adhereat ſumme bonitati·ſcd̃o ſumiꝛ̃ ſufficiencia ex parte ſubiecti or-
dinabilis qđ eſt aĩa rõnalis in q̃ eſt triplex vis motiua ſcđꝫ quã hꝫ ĩ
deum ordinari vꝫ·Racõnalis ꝯcupiſcibilis et iraſcibilis· Mandatũ de
adoracione reſpicit ipſam iraſcibilẽ·mãdatũ vero ſcd̃m ipaꝫ rõnalem
⁊ mãdatum tercium de ſanctificacõe ſabbati reſpicit ipſam ꝯcupiſci-
bilem·Tercio ſumiꝛ̃ ſufficiencia ex ꝑte actus medii· Triplex em̃ eſt
actꝯ ſcd̃m quẽ hꝫ hõ in deũ ordinari videlicꝫ·Cordis oris ⁊ opis ·Pe
nes actũ opis attendiꝛ̃ ꝓ̄mum mãdatum de adoracione· Penes actũ
oris attendiꝛ̃ ſcd̃m mandatũ quo ꝓhibeꝛ̃ fl̃a inuocacõ nois diuini·Se
cundũ actũ cordis attendiꝛ̃ terciũ mandatũ in quo ꝓ̄cipiꝛ̃ ſanctificacõ
mentis·Et ſic mãdata ad deũ nos dirigencia ſufficiẽtiſſime tradita eſ
ſe ꝯſtat· ¶ Sufficiencia autem mandatoꝝ ſcđe tablꝫ haberi põt ex ꝑ
te actꝯ medii·Nam ad primũ ordinari habemꝯ ſcd̃m bñficia et ſecũ
dũ innocenciã·i·vt ei bñfacimꝯ et illi nõ noceamꝯ q̃ ſunt duo ꝓ̄cepta
iuris nature đ quibꝫ đr di·i·decretoꝝ·c·i·ius naturale ẽ qđ in lege et
in euãgelio ꝯtineꝛ̃ quoq̃ſqꝫ iubeꝛ̃ alii facere q̃ ſibi vult fieri et ꝓhibe
tur alii inferre qđ ſibi non vult fieri·Vñ xp̃s ĩ euãgelio ·Oĩa q̃cũqꝫ
vultis vt faciãt vobis hoĩes et vos facite illis·Hec ẽ eĩ lex ⁊ ꝓ ꝓh̃e ·
Scđꝫ bñficiẽciã igiꝛ̃ ordinaꝛ̃ hõ ad primũ ꝑ illud ꝓ̄ceptũ·Honora pa
trẽ tuũ ⁊ mr̃eꝫ tuã·Scđꝫ innocenciã v̓o neceſſe ẽ triplicẽ ordinẽ ob-
ſeruare·ſ·opis oris ⁊ cordis·i·vt ꝓ̄xio nõ noceamus non opere non
ore nõ corde·Nocere aũt q̃s põt ꝓ̄xio ſuo t̃plicit̃ ope· Aut in ꝑſona
ꝓ̄pa ⁊ h̃ ꝓhibeꝛ̃ ꝑ illud ꝓ̄ceptũ·Nõ occides·Aut in ꝑſona ꝯiuncta·⁊
ꝑ h̃ eſt illud ꝓ̄ceptũ·Nõ mechaberis·Aut ĩ poſeſſione terrena· et ꝑ
h̃ eſt aliud ꝓ̄ceptũ·Nõ furtũ facies·Scđo põt ꝓ̄ximo nocumentum ĩ
ferri ore·et ad id rep̃mendũ datur illud ꝓ̄ceptũ·Nõ loq̃ris ꝯtra ꝓ̄xi-
mũ ⁊c̃·Tercio ſcd̃m actũ cordis ꝓ̄ximꝯ ledi põt ·Aut ꝯcupiſcẽdo eiꝯ
vxoẽ ·et ſic eſt illud ꝓ̄ceptũ·Nõ ꝯcupiſces vxorem eiꝯ· Aut inordina
te deſiderãdo eiꝯ bona t̃palia ⁊ de h̃ daꝛ̃ vltimũ ꝓ̄ceptũ· Nõ ꝯcupi-
ſces rem ꝓ̄ximi tui·Et ſic patet ſufficiẽcia mandatoꝝ· ¶ Sed ſtatim
eſt qui obiciat et dicat ·Qđ cũ ſeptẽ ſint capitalia peccata ⁊ non niſi
de duobus fiat ꝓhibicio·ſ·luxuria et auaricia nichilqꝫ dicaꝛ̃ de ſuꝑbia
de accidia de gula de inuidia et de iracundia·Aut ergo iſta non ſunt
peccata aut regula ꝓ̄ceptoꝝ deficiet qꝛ illa non prohibet· Reſpondet
dñs·Boñ·Qđ omnia hec peccata prohibẽtur in ꝓ̄ceptis decalogi im-
plicite·Nam ſuꝑbia ꝓhibetur in adoracione dei·Jnuidia ⁊ ira in fu-
ga homicidii·Accidia in ſanctificacione ſabbati·⁊ gula in deteſtacõe
luxurie·luxuria aũt et auaricia prohibenꝛ̃ explicite ꝓpter maiorẽ ꝓ̄mi
tatem quam ad illam omnes vl̃r habent·Et ꝓpter dicta aſſerit boñ·

Q̄d in omnibus p̄ceptis quando deus explicite aliquid ꝓhibꝫ implici
te precipit eius contrarium et qñ aliq̄d explicite precipit implicite ꝓ=
hibet eius contrarium· ¶ Eſt igitur preceptorum decalogi regula cō
pendioſa breuis et ſuauiſſima continenſqꝫ omnia ad ſalutem ſpectan
cia· Ab ei9 obligacione nullus excipit̄· ſed omēs illam ſeruare tenē=
tur· Veꝝ tamen dolendū puto de xp̄ianoꝝ ignauia ignoranciaqꝫ mlˀ
torū qui nō p̄cepta dei tranſgrediūtur veꝝ eciā illa ſcire nō curant
Hi ſunt qui ſi interrogent̄ q̄ ꝛ quot ſūt legis p̄cepta reſpondere mi=
me ſcient· O vere deteſtabilis cecitas· O rep̄henſibile malū· O damna
bilis demqꝫ neglīēcia· Verificat̄ certe in talibus illud Oſee· iiii· d· Au
dite verbū dñi filii iſrlˀ qꝛ iudiciū dñi cū habitatoribꝫ terre· Nō ē veri
tas non ē mīa et nō ē ſcīa dei in terra· Maledictū em̄ ꝛ mēdaciū ho
micidiū ꝛ furtuꝫ ꝛ adulteriū inundauerūt· Sanguis ſanguinem teti
git· ꝓpter h̄ lugebit terra et infirmabit̄ omis q̄ hītat in ea hec ille·
Que· n· ꝯfuſio que verecūdia ineſſe dꝫ ignorātibus ſalutis ſue regulā
cū ſciāt tot cātilenas vanas tot inutilia ꝛ curioſa et illud qd̄ dei ſerui
ciū reſpicit dei honorē deiqꝫ obīaꝫ addiſcere nolunt·

¶ Q̄d oēs debēt ꝓmpto aīo ſeruare p̄cepta dei ob reuerenciā diuine
maieſtatis· ꝛ q̄re de9 hōieꝫ obligauit ad illa· ¶ Capl̄m· ii·

SEcundū qd̄ nos aiat ꝛ inducit ad obīaꝫ dei dꝛ dei reuerēcia·
Dictat eq̄dē ip̄a nat̄a reuerēciā exhibēdaꝫ fore ſummo impa
tori celi terre angeloꝝ ꝛ hoīm oīmqꝫ creaturaꝝ· Hoc autē
marie fit cū eis mādata ſeruant̄ ad q̄ ip̄e hōies ligauit racōnabiliter
marie ꝓpter tria· Primo ꝓpter auxiliacōeꝫ· Scd̄o ꝓpter iuſtificacōeꝫ
Tercio ꝓpter hūiliacōeꝫ· ¶ Prīo de9 racōnabilit̄ obligauit hōies ad
obſeruācionē mādatoꝝ ꝓpt̄ auxiliacionē· vt ſic auxiliū hr̄et liberum
arbitriū qd̄ poterat a bono deficere et in malū declinare· Quoniā vt
inq̄t iero· ad demet̄· v̄· Vtrūqꝫ nos poſſe voluit optim9 creator ſꝫ fa=
cere tm̄ qd̄ impauit· Et ſi obiceret̄ ꝙ obligacio repugnat libertati· et
vt augu· d· ſupra geñ· ad lr̄aꝫ· Meliores iudicauit hōies q̄ ei liberalit̄
deſeruierēt· Si ergo ā principio deus reliq̄t hoīeꝫ in manu conſilii ſui
dando ei libertatē arbitrii videt̄ ꝙ nullo° debuerit addere obligacōeꝫ
p̄cepti· R̄ñderi pōt ſcd̄ꝫ boñ· Q̄d obligacio ad bonū nō repugnat liber
tati ſimplr̄ ſꝫ repugnat libertati peccādi· Quāto q̄s magis iheret vir
tutibus et euitat peccata tāto liberior eſſe cenſet̄· Q̄d plene oſtēdi ī ſer
mone· i· de v̄tutibꝫ· Et h̄ exp̄ſſe aſſeruit· Tuli9 in padoxis Dictum in
quit eſt ab eruditiſſimis neminē niſi ſapientē liberū eſſe· Nā cū ſerui
t9 ſit obīa fracti animi atqꝫ abiecti et arbitrio ſuo carentis q̄s neqꝫ
oēs leueſ oēs cupidos mēs demqꝫ improbos eē ſeruos· hec ille·
¶ Scd̄o de9 rōnabilit̄ obligauit hoīes ad obſeruāciā p̄ceptoꝝ ꝓpter
iuſtificacionem· Decēs nāqꝫ eſt iuſtū iudicē ſcd̄m merita retribuere·
Sꝫ meritū ꝛ demeritū nō hꝫ locū vbi nulla cadit obligacio legis·
Quare ꝯuenīēs fuit vt de9 hoīeꝫ cui ꝯtulerat liberꝝ arbitriū ſcd̄ꝫ iu
ſticiam remuneraret· Q̄d ſi obiceret̄ ꝙ maioris liberalitatis eſt dare

·D·b

aliquid ſine merito q̄ cū merito ⁊ deus eſt liberaliſſim⁹ g° videt̄ q debuit hm̄oi dari beatitudinē ſine merito ⁊ p̄ oſeq̄ns ſine mādatorū obligacione. Dici pōt q licʒ h̄ veꝝ ſit ex pte dei dātis beatitudineʒ ſine merito nō tn̄ ē tante gl̄ie et excellencie ex pte ſuſcipientis . ⁊ qm̄ dn̄s in oferēdo p̄miū nō tantū attēdit ſue liberalitatis manifeſtacōeʒ p̄mo eciā ⁊ gl̄ie nr̄e p̄mocōeʒ. Hic eſt q maluit nobis dare eternam beatitudinē p̄ implecōeʒ mādatoꝝ et meritū obie q̄ nl̄lo merito p̄cedēte. Neqʒ p̄pterea merita nr̄a derogāt diuine liberalitati ꝛ de⁹ remunerat vltra odignum. Ob qd̄ iero. in q̄ſtionibꝫ ad helbidiam exclamat. d. O q̄nta beatitudo p̄ puis magna recipe eterna p̄ breuibus pro morituris ſemp̄ viuencia ⁊ hr̄e deū debitorē. Et idē ad celanciam inquit. Quid tam ingratū q̄d tā ſupbū videri poteſt q̄ aduerſus ei⁹ viuere voluntatē q̄ ideo aliq̄d impat vt cās habeat remunerādi. Neqʒ eīm obſequii nr̄i deus indiget ſed nos illius indigem⁹ impio. h̄ ille.

¶ Tercio rōnabil̄r deus obligauit hoīes ad obſeruāda mādata p̄pt̄ humiliacionē. Decēs nāqʒ erat vt hō deū ognoſcerʒ ſupiorē ⁊ dominuʒ ſuū ſe autē ſeruū et inferiorē. Et ſi ad ei⁹ famulatū cūcta mouent̄ eiqʒ obediūt vt inſenſibilia elemēta terra aqua aer ignis planete herbe arbores et pecora cāpi fōtes flūina maria volucres celi piſces maris ſol luna ſtelle ⁊ celeſtia corpa q̄ntomagis hō ſui creatoris imperio parere dʒ. Sʒ heu heu q̄ in ordine creaturaꝝ nulla eſt tā ptinax tam p̄ſumptuoſa tāqʒ temeraria ad otemnēdū deū q̄ ingratiſſimus hō. Quia vt ait augu. ad heremitas. Ad nutum dei ſol ſua via nō deuiat nō luna non ſtelle. Cāpi decorant̄ floribus frondibus criſpāt ſilua in nemore cythariʒat auicula. Inſenſibilia ⁊ irrōnabilia obediunt deo ſolus hō dei volūtati reſiſtit. hec ille. Expgiſcimini itaqʒ o peccatores. et audite loq̄ntem deū Deutrō. iiii. c. dicētemqʒ. Cuſtodite mandata mea q̄ ego p̄cipio vobis. Et de h̄ xp̄s de⁹ nr̄ Joh̄. xiiii. dicebat. ſi diligitis me mandata mea ſeruate.

¶ Qd̄ deo ē obediēdū q̄ p̄ obedienciā aſſequit̄ hō bona tēpalia ſpiritualia ⁊ eterna. ¶ Caplm̄. iii.

Terciū qd̄ nos inducere debet ad obediendū deo ē obie efficacia. Eſt q̄deʒ obia efficaciſſima ad impetrādū maxie tria bona. Primū tpale. Scd̄ʒ ſpūale. Terciū eīnale. ¶ Pri° obediēcia eſt efficax ad impetrādū bonū tempale. ſ. pſperitatem ⁊ reꝝ temꝑaliū habundanciā. Qd̄ immortalis de⁹ Leuit̄. xxv. ſic declarauit dicens. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis et mandata mea cuſtodieritiſ et feceritis ea dabo vobis pluuias tempibus ſuis. Terra gignet germen ſuū ⁊ pomis arbores replebunt̄ Apprehendet meſſium tritura vindemiam ⁊ vindemia occupabit ſementē et comedetis panem vr̄m in ſaturitate et abſqʒ pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo paceʒ in finibus veſtris dormietis et nō erit qui exterreat. Auferam malas beſtias ⁊ gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros et corruent coraʒ vobis. Perſequent̄ quinqʒ de veſtris

centum alienos et centum ex vobis decē milia·Cadent inimici veſtri ī
ꝯſpectu vr̄o gladio Reſpiciā vos creſcere faciam ꝛ mlͥtiplicabimī·Et
firmabo pactū meū vobiſcū · Cōedetis vetuſtiſſima veterū et vetera
nouis ſupuenientibus ꝓicietis·Ponam tabernaculū meū in medio ve
ſtri ꝛ nō abiciet vos anima mea·Ambulabo inter vos ꝛ ero veſter
deus voſqꝫ eritis populus meus·hec ibi·Hee ſunt ꝓmiſſiones q̄s audi
uim9 a deo factas in quibꝫ tempalia bona offerunt̄ poſſidenda obſer
uantibus dei mādata·Sed econtra inobedientibus in dicto·c· ſic deus
op̄s cōminat̄·di· Si ſpreueritis leges meas ꝛ iudicia mea ꝯtēpſeritis
vt nō faciatis ea que a me ꝯſtituta ſunt ꝛ ad irritū ꝑducatis pactuꝫ
meum ego hoc q̄ꝫ faciam vobis ¶Viſitabo vos velociter egeſtate et
ardore q̄ ꝯficiat oculos veſtros ꝛ ꝯſumat animas veſtras·Fruſtra ſe
retis ſementem q̄ ab hoſtibus deuorabit̄·Ponam faciem meam con
tra vos et corruetis coram hoſtibus vr̄is et ſubiciemī his q̄ oderunt
vos fugietiſqꝫ nemīe ꝑſeq̄nte·Sin autem nec ſic obedieritis michi ad
dā ad correpcōes vr̄as ſeptuplū ꝓpter peccata vr̄a ꝛ ꝯteram ſupbiaꝫ
duricie vr̄e daboqꝫ vobis celum deſup ſicut ferrū et terram eneam ·
Cōſumet̄ incaſſum labor vr̄·Nō ꝓferet terra germen ſuum nec arbo
res poma ꝓbebūt·Si ambulaueritis ex aduerſo michi nec volueritis
audire me addā ad plagas vr̄as vſqꝫ in ſeptupluꝫ ꝓpter peccata vr̄a
Jmmittā ī vobis beſtias agri q̄ ꝯſumāt vos ꝛ peccora vr̄a et ad pau
citatem cuncta redigant deſerte que fiant vie veſtre·Qd ſi nec ſic vo=
lueritis recipe diſciplinaꝫ ſꝫ ambulaueritis ex aduerſo michi ego q̄ꝫ
ꝯtra vos incedam et ꝑcuciam vos ſepcies ꝓpter peccata veſtra indu=
cāqꝫ ſup vos gladiū vltorē federis mei·Cūqꝫ ꝯfugeritis ī vrbes mit
tam peſtilenciā in medio veſtri ꝛc̄ ibi ¶Scd̄o obia eſt efficax ad im
petrandū bonū ſpūale dei·ſ·graciam amiciciam et beniuolenciā·Hec
fuit illa decora virtus ꝓpter quam abraham meruit audire angelum
ſibi·d· Per memetipſꝫ iuraui dicit dn̄s qr feciſti rem hāc ꝛ non peper
ciſti filio tuo vnigenito ꝓpter me bn̄dicā tibi et multiplicabo ſemen
tuum ſicut ſtellas celi ꝛ velut arenam que ē in litore maris·poſſide=
bit ſemen tuum portas inimicoꝝ ſuoꝝ ꝛ bn̄dicent̄ in ſemine tuo om=
nes gētes terre qr obediſti voci mee· Grande admirāduqꝫ obſeq̄ū deo
ꝑſtitit abrahā vt ei obediret ſed maiora ꝯſecutus eſt diuine liberalita=
tis bn̄ficia·Tēptauit ſiq̄dē de9 illū ſicut ſcribit̄ gen̄·xxii·ideſt experiē
ciam fecit ſcd̄m·Nico·de lira·non ꝓpter ſe ſꝫ ꝓpter alioꝝ exemplum
vt filium ſuum dilectum et vnigenitū imolaret in monte· Qd vtiqꝫ
grauiſſimū erat impium·p̄mo qr iniungebat̄ ei vt re ſibi cariſſima ſe
ꝑuaret·Scd̄o qꝛ filiū ſuū occidi ꝛ mori violēta morte pateret̄·Tercō
qꝛ ad h̄ exeq̄ndū ꝛ ꝯmittēdū ſuis ꝓpriis maibꝫ aſtringebat̄·Quarto qr
filius ille vnigenit9 erat neqꝫ aliū ex libera vxore filium habebat·
Quinto qr miraculoſe illū genuerat ſenex iam centum annorum cum
vxore vetula ꝛ ſterili·Sexto qr magna ꝓmiſſio facta erat abrahe de
ipſo·Septimo qr ipē yſaac ſolaciū erat mr̄i ſue et baculus ſenectutis

pr̃is· ¶ Octauo q2 debeat eũ non ſolũ occidere ſed eciã ĩ igne ↄcremare·
Nono q2 noluit de9 eum ſtatĩ audito p̃cepto illud ꝑficere ſed triduo
ꝑſeuerare quouſq; veniret ad montẽ ad quez potuiſſent cicius ꝑparare
S; ideo deo volente vſq; in terciũ diez ibidẽ non ꝑuenerũt vt ſic ma=
gis luceſceret firmitas voluntatis abrahe ſcdm Nico·de lira· Vñ et
glo·geñ·xxii·ait·Non eſt iuſſus abrahã ſtatĩ occidere filiũ ſed p tri=
duum ducere ad ĩmolacõis locũ vt longitudine tp̃is temptacõ auge=
retur et creſcẽtibus curis patña viſcera cruciarẽt ·Accepto itaq; p̃=
cepto tam difficili abraham non ſe excuſauit nec p̃cepti cãz ĩterroga
uit nz in eius execucõne filii blandiẽtis dulci p̃ñcia mutatus eſt apro
poſito·ibant ſimul erantq; cum eis duo famuli dom9 q̃ ligna icide=
rant ꝓ holocauſto·et die t̃cio remanentibz illis cũ aſino tulit abrahã
ligna ⁊ ĩpoſuit ſup iſaac filiũ ſuũ q̃ ſcdm ioſephũ agebat tunc ãnũ·
xxv·ip̃e vero abraham portabat ĩ manibz ſuis ignem et gladiũ·O q̃
reuerẽt cũ ꝑgerẽt duo ſimul dicebat iſaac pr̃i ſuo·Ecce ignis et ligna
vbi eſt victia holocauſti·O q̃ ardent̃ reſpõdebat ei pater ſeip̃m ſu=
ꝑãs ſeip̃m vincens·Dñs ꝓuidebit ſibi victimã holocauſti fili mi·Vo
luntate ſenſualitatis forte ſecũ tacite colloqñte atq; dicẽte·Tu es vic
tima quem ego ꝓpriis manibz interficiã quẽ adurã ſup altare vt ſatiſ=
faciã deo noſtro·O q̃le ſpectaculũ·O q̃le virtu t̃ exẽplum mẽte inſpi
cere illos poſtq̃ uenerũt ĩ mõtem poſtq̃ ibi ↄſtruxerũt altare poſtq̃
deniq; ſup illud ligna ↄpoſuere·inq̃t enim ioſephus in·i·antiq̃tatum
li·Qd abrahã anteq̃ filium ligaſſet aduocauit illum ad ſe dixitq; illi
O puer quem ĩnumeris votis optaui a deo michi ↄferri et dum per=
ueniſſes ad vitam nichil eſt qd ꝓ alimento tuo non feci·Neq; me fe=
liciorem magis arbitrabar q̃ cum te ad hanc viderẽ etatẽ ſucceſſorẽ
mei principatus relinquere·Congaudebã q̃a dei voluntate tuus pat̃ ũ
fact9 denuo ſcdm eius placitũ te reponam· Hãc fort̃ porta dicacõẽ
Deo namq; te cedo q̃ michi ꝑ oĩa placidus fuit ⁊ ſuffragator·Nat9
ergo morere non cõi mõ hac vita egrediens ſed a pr̃e ꝓpriio oblatus
cũctorũ ob legitimũ ſacrificiũ ·Reor enim q̃a te dignũ iudicauerit nõ
egritudine nec bello nec q̃libet alia paſſione que ſolent hoĩbz accidere
hac vita liberare ſed cũ igni et ſacrificiis tuam aĩaz ſuſcipe et aput ſe
retinere·Eritq; dcetero mei curam hñs ſenectutẽ regẽs q̃ ·gracia te
maxie nutriebã·Auditis his iſaac hũili voce patri rñdit·O pater mi
colẽdiſſime rem audio grandẽ ac durã·aſſeris te pr̃em meũ velle me
ꝓpriis manibus interficere ⁊ igne adurere vt obedies deo ·doleo nẽ=
pe gratiſſime iuuentutis mee florem amittere·doleo pr̃is mei me t̃ ili
gentis expiri in me gladiũ ſeuiẽtis·Doleo inſup tali mõ deſerere dile
ctã mr̃em ⁊ te pr̃em meũ cui parauerã in hac ſenectute ſua in oĩbz
ſubuenire·O care genitor·O pr̃ amãtiſſime Credebam me eſſe bacu=
culum ſenectutis tue ⁊ ecce michi dicis vt fortiter feram mortem per
te michi inferendam· O inaudita res·O admirandũ nouũ quo viſce=
ra mea ↄmouent̃ anima turbat̃ ⁊ cor vndiq; vexat̃ anguſtia ·Vez

tamen pater mi dulciſſime quia ſic placet deo ita fiat Et ſi nunquā h
fieri ille mādaſſꝫ ⁊ tu tātū iuberes adhuc ꝓmptiſſimꝰ obedirē non fu
giam a tua pñcia nō me defendam·Et hmōi verbis ꝓſtrauit ſe ī ter
ram patrēqꝫ adhuc alloquebaẗ·d·Habes me filiū tuū ad vota pater
ſtringe manꝰ meas et pedes meos funibꝫ īterfice me ſicut tibi ⁊ deo
noſtro placet·O qͣd erat videre venerandum ſenē illū mirādo feruo
re ligare manꝰ et pedes filii eleuātemqꝫ euaginatū gladiū vt illū ꝑi
meret·O in audita obīa patris ⁊ filii·O vtriuſqꝫ ardentiſſima volū
tas ad obſequiū deo·O deniqꝫ immenſa diuine largitatis bñficia eiſ
dem collata·Multa qͣdem ſuſceperūt ābo ampliora dona a liberaliſ
ſimo deo ꝙ̄ fuerit illoꝝ ad obiendū ꝯmēdabilis feruor voluntatis·
Tercia obīa eſt efficax ad impetrandum bonū eternale·Diximus em̄
in ꝑcedētibꝫ ſermonibꝫ quēadmodum deus bñdictus largiẗ eterne vi
te ꝑmium oībus ſeruantibus eius mandata·Sꝫ tanta eſt humana ne
quicia ꝙ magis hōies dyabolo obedire volūt ꝙ̄ deo·Clamat deꝰ nō
habebis deos alienos·Et dyabolus dicit·Sint tibi dii tui tꝑalia bona
que magis ꝙ̄ deum diligas·noli ſcripturis credere· noli debita vota
ꝯplere·Suꝑſticiones incātaciones et diuinaciones ſectare·Cultum dei
negligas ⁊ ꝯtemnas·Sacris locis atqꝫ ꝑſonis reuerēciaꝫ nullā exhi
beas·Eccleſiaſticas leges atqꝫ cenſuras deſpicias potiꝰqꝫ mee obedi
as vt deum mīme colas·Clamat deus·non aſſumes nomen dei tui in
vanum·Et dyaꝰ·d·Sis ꝑiurus plaſphema ſepius maledic nomē ſan
ctum dei et omnium ſanctoꝝ ſuoꝝ ⁊ matris eius nomēqꝫ meum in
oībꝫ opibꝫ tuis freq̄ncius ꝯmemora et dei nomen in turpibus canti
lenis admiſce·Clamat deus·Sabbata ſanctifices Et dyaꝰ·d· Diebꝫ fe
ſtis nulla ſit in te mēoria dei nulla recordacio ſalutis ꝓpe ⁊ eternoꝝ
bonoꝝ·Eccleſias fugias et ꝑ̄dicaciones euangelii ad qͣs ſi acceſſeris
nullā modeſtiā ſerues·Vano aſpectu mulieres et viros circūſpice Ve
ſtibus in honeſtis diebus illis vtere ludo choreis atqꝫ tripudiis tēpꝰ
expendas et ꝑ lucro tēꝑali ſi qͣd opis facere poteris facias· Clamat
deus·Honora patrē ⁊c̄·Et dyabolus·d·Parentibus tuis infeſtus ſis
diſciplinā eoꝝ ⁊ correctionem fuge pietatē reuerenciam et obīam eis
denega ꝯtumeliis illos affice et ſi potes verbis verbera adde atqꝫ de
domo illos expelle·Clamat deus·non occides·Et dyabolus ·d·Iniuri
am noli ſufferre·Sume de inimicis vindictam·da locum ire· percute
interfice et que non potes manu ꝑſequere corde·Clamat deus nō me
chaberis·Et dyaꝰ·d·nullū ſit ꝑatū qd nō ꝑtranſeat luxuria tua·non
erubeſcas adulterari fornicari inceſtū molicie ſacrilegiū et ſodomiaꝫ
nefandiſſimam et innoīalem ꝑpetrare·Clamat deus·non furtum fa
cies·et dyaꝰ·d·Rape deꝑ̄dare et ꝯare qͣntū potes·nulla ſit tibi ꝯſciēcia
ꝓpter lucrum de ꝑiuriis de mendaciis de fraude et ſillacōibꝫ de iniu
ſticia de vſuris de extorſionibꝫ de malis ꝯtractibꝫ et de excōicacōibus
Clamat deus·non dices falſum teſtimoniū ꝯtra ꝓximū tuum·Et dia
bolus ait·Loquere ſine menſura in dedecus aliorum detrahe viciniis

extraneis ſacerdotibꝫ religioſis ꝓlatis dñis virgibꝫ viduis et coniugatis. Clat deus. Non ↄcupiſces vxorem ꝓximi tui. Et diabolꝰ dicit Oēs mulieres quas vides ↄcupiſce et voluptuoſa mēte deſidera. Clat deus Non ↄcupiſces rem ꝓximi tui. et diabolus. d. Appone cor tuū ad aliorum bona deſidera mortem ꝓpinquorū tuorum et eorum bōa ad manus tuas ꝑueniāt. Et tñ ſine compacōne magis audiᵗ vox diaboli q̄ꝫ dei. O extrema demencia. O ſtulticia ꝑniciosiſſima ſeruire diabolo ꝓ eťnis īcendiis et relinquere deū liberalē et munificētiſſimū q̄ ſeruis et amicis ſuis pollicetur gaudia paradiſi. Ad que nos ꝑducat xp̄s dei filius q̄ vi. et regnat ꝑ infinita ſecula Amen.

Feria. iiii. pꝰ dñicaꝫ in ſeptuageſima. De ĩfīta mīa dei qua ipe paťpiiſſimus dulciſſime vocat aīaꝫ ad pñiaꝫ oēs eciā peſſimos peccatores ꝑmittēs eis liberaliť īdulgēciā et remiſſiōꝫ Sermo. iiii.

Vox dilecti mei pulſātis. Api michi ſoror mea ſpōſa. Aīe peccatricis ad pñiaꝫ redire diſpoſite verba ſunt iſta originaliter Cant. v. c. Piiſſimus oīm pater deꝰ offert peccatoribus vt occaſionem habeant ad eū reuertēdi vberrimū fontem et indeficiētem et inhauribilem mīe ſue. Neqꝫ vnquam tā grandis peccator īuentus eſt q̄ ad eum confugere volens non fuerit benigne miſericordiſſimeqꝫ ſuſceptus Hec eſt illa miſericordia que fiduciā patrāre debet cunctis peccatoribus ne vnq̄ꝫ deſperent. Hec eſt illa decora et formoſa regina que ſemper aſtat adextris dei in ueſtitu deaurato circumdata varietate. Hec eſt que blanda voce humiliqꝫ ſermone delinquentes admonet vt ad fontem aque viue deū ꝓpicium atqꝫ benignum currant ſicientes. Et quoniam multorum corda moliri nolunt et duriora ſaxis in dies obſtinantur in malo. ſtatui in hoc ſermone verba facere de iocundiſſima voce miſericordie dei qua ipſe dilectus animarum ſponſus illas in peccatis errantes liberaliſſime aduocat vt de erratis conpuncte veniam et indulgenciam ſuſcipiant. Qđ bene ſenſit anima peccatrix diſpoſita iam preterita mala corrigere ⁊ de cetero a futuris cauere. d. in verbis notatis in themathe. Vox dilecti mei qui creauit me qui me fecit qui me redemit qui michi pollicetur gaudia paradiſi pulſantis per intrinſecas inſpiraciones per extrinſecas monicioes per ſpirituales illuminaciones per ſacramentorum diſpoſicionem. Aperi michi. ſ. cor tuum. o ſoror mea. o anima mea ad meam imaginem ⁊ ſimilitudinem facta. O ſponſa mea q̄ꝫ deſponſaui michi in fide cum ſacꝝ ſuſcepiſti baptiſma ⁊ ego tibi meam grām ſum largitus. Aperi in q̄ꝫ michi vt audias me exhortātē te q̄tenus pñiaꝫ agas et peccatoꝝ tuoꝝ veniā indulgenciāqꝫ a mīa mea habunde ſuſcipias. in quibꝫ verbis de voce mīe dei aīaꝫ vocātis tria miſteria ꝓponimus ↄtemplanda.

Primū d'i reuelacōis.
Scdm ampliacōis.
Terciū acceleracionis.

De ꝑconiis ⁊ laudibus mīe dei q̄ peccatoribus demōſtraᵗ in ſcripturis figuris et exemplis. Caplm. i.

cuſtodie ſubtrahat reſpectu aīe. ⁊ ideo adhuc eſt tercius modus dicēdi pbabilior iſtis. ſ. q effectus angelice cuſtodie eſt reſpectu boni et re=
ſpectu mali. Reſpectu boī ↄſeruādi vel acquirēdi vl' augēdi Reſpectu
vero mali diſcernēdi vel euitandi vel diminuēdi. bonus ergo angelus
obſtinatos nō deſerit q̄ntum ad actū cuſtodie q̄ reſpicit malū qr ſem
per retrahit hoīes ne labant̄ in peius. Quantū v̄o ad actū qui reſpicit
bonū obſtinatos deſerit et antixp̄m nō cuſtodiet. h̄ boū. ¶ Conſidera
nunc anima peccatrix quāta fecit tibi deus ⁊ cū admiracione dic ei il
lud iob. vii. Quid eſt hō qr magnificas eū aut filius hominis quia re=
putas eum ⁊ quare apponis erga eum cor tuū. Cur o magne deus
creare voluiſti hominem paulominus ab angl'is minoratū q̄buſlibet
aliis a te creatis ↄditiſq natuis excellenciorē imagine tua decoratum
predotatūq inſignibus potenciis aīe racional' quem p̄ſciebas tibi fu
turū rebellē atq ↄtrarium. Cur tot bñficia innumera creaturarū tu=
arū p̄ſtas his qui te fugiūt q̄ te deſpiciūt q̄ te ↄtēnūt. Grandis pfecto
numerus eſt eorū qui te dereliq̄rūt venā aquarū viuenciū. Dereliq̄ue
rūt inq̄ te ⁊ auerterūt ſe a te q̄ es via recta oēs infideles ydolatre i u
dei heretici ſciſmatici ⁊ xp̄iani diabolicis opibz ſeruiētes excōicati ſa=
crilegi pditores ſediciosi iracundi odioſi crudeles detractores murmu
ratores bilingues falſarii curſores piuri deceptores mendaces cupidi
raptores fures vſurarii ſortilegi malefici incantatores elati ſuperbi
hipocrite ambicioſi arrogātes inanis glorie cupidi guloſi blaſphemi
luſores fornicatores adulteri ſodomite et aliis ſceleribus nefandiſſi=
mis inuoluti. Et tñ tu deus meus impaſti t̄re vt ſuſtineret illos pdu
ceretq fructus quibz ſuſtentare ſe poſſent iuſſiſti ſoli lune ⁊ ſtellis vt
ſuos motus exercerēt ad illorum vtilitatem mandaſtiq omnibus que
in celis terriſq repiuntur vt ſe cōicēt p̄noīatis inimicis tuis. Cur in=
ſuper et angl'os cum talibus ↄuiuere eciam vſq ad mortē ad illorum
cuſtodiā diſpoſuiſti. Cur ita blandiris tu deus iuſtus ⁊ rectus peccatoribz
ſuꝑ verbo tanq̃. Mens mala mors intus malus actus mors foris v
ſus. Tuba puella puer lazarus iſta notāt. Hanc verbo hunc motu la
crimādo ſuſcitat illum. Chriſtus ⁊ in medico naſcit̃ eger hō. In laza=
ro aūt reſuſcitando quatuor erant condicōes. p̄ma quia fetebat. ſcd̃a
qꝛ lapis erat eius ſepulchro ſuppoſitus. tercia quia ligatos habebat
pedes et manus. quarta quia ſudario velata erat facies eius. io. xi. c.
Sic reperiunt̃ ſpūaliter iſta quatuor in peccatore q̄ longo ſpacio pec=
cata retinuit. primo fetet deo angelis et hoībʒ. ſecundo eſt ei lapis ſu
ꝑpoſitus ideſt mala conſuetudo. Vnde glo. io. xi. ait. Dñs fremuit et
laccimatus eſt ⁊ clamauit voce magna quia difficile ſurgit quē mola
male ꝯſuetudinis p̄mit. Hoc ē ꝙ iuuenalis pulchre decantat li. iii.
ſatyra. i. Conſuetudo mali tenet inſanabile vulnus. Et marcialis cocꝰ
Mens aſſueta malo firmius heret ei. ⁊ ouidius de arte amandi. Fac
tibi ꝯſueſcat nil ꝯſuetudine maius. Racio eſt qꝛ ſcd̃m ar. li. de memo=
ria ⁊ remiſcencia. Conſuetudo ē altera natura. et li. vii. ethi. Conſuetu
do nature aſſimulat̃. et li. i. reto. Simil' eſt ꝯſuetudo nature prope eñ
qd' ſepe ei qd' ſemper eſt. Eſt autem natura eius qd' ſemꝑ ꝯſuetudo e
ius qd' ſepe. hec ille. Tercio hʒ manus et pedes ligatos qꝛ impotens
factus eſt pꝰ peccatum ad bene oꝑandū. Quarto peccator hʒ faciem
velataʒ ſudario qꝛ ex quo in tenebris peccatoꝝ fuit ſpūale viſ... in lōgū
De talibʒ nāqʒ peccatoribʒ inq̄t Sophonias. i. c. Ambulab... di ſecunda
dño peccauerūt. Et ſapiencie. ii. c. ſapiens ait. excecauit ... eſt ſpes diu vi=
eorum. ¶ Quare piculoſum ē frequentare pecc... ſibiipſis l...am
ꝓlongare. ¶ Scd̃a fatuitas illoꝝ qui differūt ... enectute ... pñiam di
abreuiacionis quia cum tempus breue ſit Hier... ant ſibi de ſalute ne
ceſſaria ꝓuidere. Fatuus namqʒ non immerito reputari poſſʒ ſi quis
iter cepiſſet ad locum aliquem ad quem longa eſſet via et vix ibi am
bulans per totam diem vſqʒ ad noctem peruenire valeret. ⁊ tñ poſt

ceptum iter ſtans quieſceret dicens. Hora veſpertina vel hora com-
pletorii perficiam iter meū. Sic fatuus eſt quia ad regnū celoꝝ debet
accedere horam tardam preſtolās q̄ ſe ad pñiaz ↄuertat. ¶ Tercia
fatuitas eoꝝ qui differunt pñiaz facere dr ruinacōis quoniā peccata
non deponens facile ad alia trahit. Et quanto peccata magis multi-
plicant magis grauāt animaz ⁊ ex cōſequēti cū maiori difficultate re
ſurgit. ideo legit in vitis prm. Qd venit vox ad beatū arſeniū. d. Egre
dere et oſtendam tibi opa hoim. et egreſſus vidit ethiopem nigruz ce-
dentem ligna ſecuri ⁊ facientē grandem ſarcinam ⁊ temptabat leua-
re eam ſȝ pre magnitudine non poterat. et iteꝝ cedebat alia ligna et
addebat ſarcine. Innitebaturqȝ adhuc leuare illam ⁊ minus quam p̄
us poterat. Quā deponebat ⁊ iteꝝ cedens alia ligna ſarcine adiun-
gebat. ⁊ fatigabatur ſicut prius illam leuare et ꝓpter maius pondus
maioremqȝ grauitatē nequibat illā mouere. Fuit h̄ viſio ſibi expōita
ſic. Qd qui cedebat ligna ⁊ addebat ſarcine homo peccator eſt q̄ pec-
catis oneratus ſepius illa leuare non ſufficit ſed ſupaddens et alia in-
tra ſe dicit poſtq̄ congregauero multa peccata plura prioribus tunc
illa leuabo ⁊ de illis pñiaz faciam. ¶ Quarta fatuitas dr ceſſacionis
Ceſſat equidez multociens ⁊ deficit illud qd fuerat homo p̄meditatꝰ
premeditati namqȝ fuerāt multi mori in ſenectute ⁊ mortui ſunt ī iu-
uentute ⁊ mori in domo ⁊ mortui ſunt extra domū mori inter ſuos
⁊ mortui ſunt inter extraneos mori loquentes et mortui ſunt ligue v-
ſu priuati mori in diuiciis et mortui ſunt in egeſtate mori cum peni-
tencia et mortui ſunt obſtinati. O vita fallax. O vita fragilis O vita
mutabilis cuius exitum nullus p̄ſcire mortalium poteſt. Vnde ſapiēs
eccleſiaſt. ix. c. ait. Neſcit homo finem ſuum ſed ſicut piſces capiuntur
hamo ⁊ aues ↄprehendunt laqueo ſic capientur homines in tempore
malo cum eis extemplo ſupuenerit.

¶ Quā iniq̄ ſunt q̄ pñiaz tardāt ↄuerti ad dñm ⁊ agūt ↄtra deū et
angelos ⁊ ↄtra ſeipſos ⁊ ↄtra omnē creaturaz. ¶ Caplm. iiii.

Terciū miſteriū ↄtēplandū circa pñie dilacōez dr iniquitas.
Peccator nāqȝ q̄ pñiaz differt iniquus ē q̄druplici iniq̄tate.
Prima eſt ↄtra deum. Scda ↄtra angelos. Tercia contra ſeip
ſum. Quarta ↄtra omnem creaturā. Prima iniq̄tas eſt contra deum
cui apponit fel in eſcaz iux̄ illud pſal. Dederūt in eſcam meā fel ⁊ in
ſiti mea potauerunt me aceto. Velut eñi eſca dñi eſt opus bonū quia
in eo dñs delectatur tanq̄ inter flores ſcd̄m illud. Cant. ii. c. Paſcitur
inter lilia ideſt inter munda opa. Eſce ergo dñi fel apponit q̄ bonis o-
peribus q̄ agit amaritudinē peccati admiſcet pñiazqȝ refugit. Talis
eciam qui ſenectutē ad pñiaz agendam expectat deteriorem partem
vite ſue deo reſeruat et meliorem dyabolo imolat. ¶ Secunda iniqui
tas eſt in angelos impenitentes vtiqȝ pro ſuo modo quantum de ſe ē
angelos affligere non erubeſcunt. Nam licet angeli beati impaſſibi-
les ſint et omni iocunditate repleti tñ vt diximꝰ in precedētibȝ de ma

lotum ↄuerſione gaudium aliqꝺ accidentale ſuſcipiūt. Hoc vero eis
deeſſe neceſſe eſt cum peccatores non ↄuertunt. ¶ Tercia iniquitas
peccatricis aīe impenitētis ē in ſeipſaʒ. Nā dū peccator differt ↄuerti
vult pocius habere ſe malū ꝙ bonū infirmū ꝙ ſanum ſeruum quam
liberꝝ in ſtatu latronis ꝙ in ſtatu regis nichil habentem ꝙ oīm bono
rū eccleſie pncipeʒ mutilem ꝙ multū valentē. Peccatū nēpe facit ho-
minē malū infirmū mortuū ſeruū latronē q furat bona dei paupe-
rem ꝛ mutilem. ¶ Quarta iniq̄tas eſt in omnē creaturā q ꝑpter du
riciam hoīm peccatorꝝ creature irracōnabiles quodāmō puniūtur.
Obſcuratus eſt enim ſol tempore paſſionis propter iudeorum crudeli
tatem. perierūt in diluuio tot aīalia ꝛ volucres celi propter peccata
hominū. Maledicta fuit terra propter peccata primorꝝ parentū. Ex
ꝑgiſcimi ergo o peccatores tardi. Ecce nūc tempus acceptabile inq̄t
apoſtolus. ii. cor. vi. ecce nunc dies ſalutis nemi dantes vllaʒ offenſio
nem nec deo nec angelis nec vobiſmetipſis nec eciam creaturis per
tarditatem conuerſionis veſtre. Et ſic faciētes accipietis hic a deo gra
ciam et in futuro glām. Amen

¶ Dñica in ſexageſima de fructuoſo et vtili verbo dei quo mediante
omnes gentes crediderunt in criſtum ſaluatorem noſtrum

Sermo. viii.

SEmen eſt verbum dei. Scribuntur hec verba luce. viii. ca.
et in euangelio hodierno ꝛ pñtis dñice. Nichil taʒ efficax
eſſe poteſt ad ↄuerſionem ↄlibet peccatoris ꝛ ↄlibet vir-
tuoſi ↄfortacōʒ ſicut deuota et freq̄ns audicio verbi diuini.
Scimus etenim ꝑ predicacōʒ euangelii mūdum totū ab idolatrie erro
re reuocatum. Nā antea oēs gentes vna excepta populi iudeorū de-
os flos cū dānatiſſimis ſupſticōibʒ excolebant. At vbi vox euangelii
audita eſt in omni terra omnis error ab eius cōſpectu fugatus eſt tā
quam ſi tenebre a lucis radiis fuiſſent ↄpulſe. Ex hoc inquit Euſebiꝰ
panphili. li. i. de euangelica ꝑparacōe non enim ꝑ ſe q̄ xp̄ʒ ſecuti ſūt
matres ſuas nephandis nupciis cognoſcunt non humanis veſcuntur
cārnibʒ ſchithe quemiam ad eos vſq̄ꝫ p̄dicacō xp̄i ꝑuenit nec cariſſiōs
ſ⁊a religione impulſi filios iugulant Hec certe ac talia pene infinita
hoīm quōdam vitam vexabant Maſſagethe ac derbices tradunt ppi
quos atqꝫ affines ſuos q̄ ſenectute conficiebantur miſerrimos putaſ-
ſe ac ideo imolatas carnes eorum quos plurimi fecerant deuorabant
Tibareni viuos ſeniores ſuos p̄cipitarunt. Hircani rapacis generis
auibus ac canibus picere ſoliti. Que quidem cuncta religioſiſſime fa
ciebant. nunc vero ſola euangelica virtute vndiqꝫ truculentiſſima hec
peſtis expulſa eſt. hec ille. ¶ Et vt plenius intelligatur ab omnibus
quanta ſit virtus diuini verbi in hoc ſermone de ipſo conuenienter
tractabimus eo ꝙ ſaluator omnium in verbis allegatis in themate
dixit. verbum dei fore ſemen. ſ. ſpiritualium cariſmatum et donorꝝ

in quibus verbis tria miſteria ſunt declaranda·
Primū ē de verbi dei p̄dicati dignitate·
Scd̄m de p̄dicantis verbū qualitate·
Terciū de audicionis eius vtilitate/

Que quinqȝ ſunt egregie ⁊ excellentiſſime dignitates v̄bi dei ⁊ officii p̄dicandi·

## Caplm·i·

Primū miſteriū declarandū eſt de dignitate verbi dei p̄dicati ſeu officii predicandi·Et ad hoc intelligendum ſubnotabimuſ quinqȝ excellencias de dignitate eius·Prima dr̄ xp̄i exercitacio·Scd̄a aploꝝ electio·Tercia miraculoꝝ coruſcacio·Quarta predicatoꝝ defenſio·Quinta eccl'ie ſublimacio·Prima excellencia verbi diuini ⁊officii p̄dicādi dr̄ xp̄i exercitacio·Dn̄s quidem ih̄s deus dei filius p̄dicare voluit ⁊ p̄dicacōis officiū exercere·Vnde math·iiii·dr̄ Cepit ihesus p̄dicare ⁊ dı̄re·pn̄iam agite·Et luce·viii·de ip̄o dr̄ iter faciebat ꝑ ciuitates ⁊ caſtella predicans et euangelizans regnum dei·Et vt colligitur ex dictis euāgeliſtarum precipue io·viii·et·xviii·capl'is ſepius docebat p̄dicando in templo et ſinagoga·Verumtamen non abre querere quis poteſt·Vtrū xp̄s debuit ſolū iudeis et nō gētilibus p̄dicare·Ad qd̄ reſpondet tho·iii·pte·q·xlii·Qd̄ conueniens fuit p̄dicacionē chriſti tam ꝑ aplos q̄ ꝑ ip̄m a principio ſolis iudeis exhiberi triplici rōe·p̄mo rōe iplecionis·ſcd̄o racōe ordinacōis·tercio rōe triūphacōis·p̄ma racio dr̄ implecōis·predicauit em̄ xp̄s iudeis vt impleret ꝓmiſſiones factas antiq̄s patribus nō aūt gētilibus quoniam populus ille iudeoꝝ tantū viuebat ſub dei veri cultu·Vn̄ apoſtolus Ro·xv·ait·Dico xp̄z miniſtrū fuiſſe circūciſionis ideſt p̄dicacōis iudeorū ꝓpter veritatem dei ad ꝯfirmandas ꝓmiſſiones pr̄m·Et vt eciaȝ ieroꝰ·dicit ſuꝑ illud math·x·in viā genciū ne abieritis·Optebat primū aduentū xp̄i nūciari iudeis ne iuſtam haberent excuſacionē dicentes io ſe dn̄m reieciſſe qr ad gentes trāſierit·Verūtn̄ ſicut nō debuit a principio indifferenter ſuā doctrinam gentibꝫ cōicare ita eciam nō debuit gentiles oīo repellere ne ſpes ſalutis eis p̄cluderet·io aliqui gentiliū pticulariter ſunt admiſſi ſicut ſamarithana io·iiii·et chananea·Math·xv·ꝓpter excellenciaȝ fidei et deuocionis eaꝝ·Scd̄a racō quare xp̄s tm̄ iudeis et nō gentilibus p̄dicauit dr̄ ordinacōis·Exigebat nāqȝ debitus ordo vt iudeis qui erant ꝓpinquiores per fidem et cultū viniꝰ dei p̄us doctrina xp̄i ꝓponeret̄ et per eos tranſmitteretur ad gētes ſicut et ī celeſti ierarchia per ſuperiores angelos ad inferiores diuine illuminaciones perueniūt·Vnde ieroꝰ ſuper illud math·xv·Non ſum miſſus niſi ad oues que perierūt domꝰ iſrl'·Nō inq̄t h dicit quin ad gentes miſſus ſit ſed qd̄ primū ad iſrl' miſſus eſt·Et h predixit yſaias vltimo·c·Mittā ex eis qui ſaluati fuerūt·ſ·ex iudeis ad gentes in mare in affricam in libiam tenentes ſagittā in italiam in greciam ad inſulas longe ad eos qui non audierūt de me et n̄ viderunt gl'iaȝ meam et annūciabūt gl'iaȝ meam gentibꝫ·Tercio racō q̄re xp̄s voluit iudeis et nō gētibꝫ p̄dicare dr̄ triūphacōis vt oſn̄deret

triumphum ⁊ victoriaꝫ crucis et paſſionis ſue p̄ q̄ meruit poteſtatē
dnium ſup̄ gentes ſcd̄m illud math·vltio·Data eſt michi oīs pote
ſtas in celo ⁊ in terra·Maioris ſiquidē poteſtatis ⁊ v̄tutis oſtēſiuum
fuit p⁹ paſſionem ſuam p̄ apl'os reducere gentes q̄ ſi ante paſſio-
nē ip̄e pſonalr̄ eis p̄dicaſſet· Scd̄a excellēcia verbi diuini et officii
p̄dicādi dr̄ apl'oꝝ electio·Ad h̄ ſiq̄dez illos elegit xp̄s vt ad p̄dicand
eos mitteret·Vn̄ io·xv·dicebat eis Ego vos elegi de mundo vt eatis
⁊ fructum afferat̄ et fruct⁹ v̄r̄ maneat·P⁹ paſſionem vero ſuam et
reſurrectionē dixit eis illud marci vltio·Euntes in mundū vniuerſū
p̄dicate euangelium omni creature·Et illud math·vltio·Euntes do-
cete oēs gentes·Qd ⁊ ipi pfecerūt de q̄bꝫ dr̄ in pſalmo in·o·t̄·ex·ſo-
norum ⁊ in fi·or·t̄·ver·eoꝝ·Ip̄a vero experiencia docet q̄ ex eoꝝ do-
ctrina mundus totus illuminatus eſt·Sꝫ hic queri ab aliquo poteſt·
Utrū apoſtoli ex diuine gracie p̄ñcia aut aliq̄ui ſeu p̄pa p̄dicādo po
pulorum corda menteſq̄ attraxerūt ad xp̄m · Et dico qd nō potuiſſent
tam cito euangeliū omnibꝫ gentibus cū moꝝ emendacione predica-
re niſi eis affuiſſet virtus diuina ⁊ ſpūſſancti gracia ſcd̄m illud mar
ci vltio·Predicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperante ⁊ ſermonem confirmante
ſequentibus ſignis·Nam tria ſunt illa que vel p̄ naturam vel artem
homines inducere p̄nt ad aliquid credendū vel operandum que tn̄ in a
poſtolis xp̄m p̄dicantibus nō ſunt inuenta·primū eſt dyaletica ⁊ loy
calis argumentacio·ſcd̄z eſt rethorica pſuaſio·terciū eſt bonoꝝ tem-
poraliū pmiſſio·p̄mū eſt dyalectica ⁊ loycalis argumentacio·Argu-
mentū namq̄ vt loyci tradūt eſt racio rei dubie faciens fidem·His
argumētis cōmoti ſunt pleriq̄ ad ſequendū platonem alii·Ar·alii
pitagorā alii reliquos phos ⁊ eoꝝ diſcipuli facti·Similibꝫ inſup̄ ar
gumentacionibꝫ Arrius appollinaris Manichens Valentin⁹ Che-
rinth⁹ Fotinus Hebion Paulus ſamoſithanus Capocarches Ap-
pelles Marchion Hermogenes Nouet⁹ Macedoni⁹ Florian⁹ Ter
tulianus Pelagius Neſtorius ⁊ ceteri alii ſuaꝝ hereſum venena pe
ſtifera diſſeminauerūt q̄bꝫ cōtaminati fuere ⁊ populi ⁊ naciones·ſcd̄z
qd pōt hoīes inducere ad aliq̄d credendū vel operandū dr̄ rethorica p̄
ſuaſio·inq̄t enim ſeneca ad lucilliū incredibile eſt qd facile magnos vi
ros dulcedo oracionis abducat a vero·Et idē de cōſolacōe ad paulinū
ait·poteſt eloquencia que p̄ua ſunt approbare p̄ magnis·rurſus ma-
gna attenuare ⁊ ad ima deducere Et tulius li·ii·de oratore ſic loquit̄
Quid admirabilius q̄ res ſplendore illuſtrata verborum·tantam viꝫ
habet illa que recte a bono poeta dicta eſt vox atq̄ nimirum regi-
na reꝝ orō vt nōmodo inclinantem erigere aut ſtantem inclinare ſꝫ
etiam aduerſantē atq̄ repugnantē vt imperator bonus ac fortis cape
re poſſit·h̄ ille·Sūt ad hoc ppoſitū exēpla Nā recitat valerius q̄nta
ſit vis eloquencie ⁊ tull'in queſtionibus tuſculanis·Qd egeſias cyre
naicus phs q̄dā cyrene ciuitatis egypti adeo copioſe diſſerebat de bo
no mortis mala vite pleniſſime demonſtrando q̄ multi auditis illis

ſibi inferebant mortem qua propter a rege ptholomeo prohibitus ē
illa amplius edocere ·Refert adhuc vale⁹ de ſtudio et induſtria · Qđ
cato ceſorinus tam eloquens fuit ꝙ nunꝗ̄ ab aliquo grauatus ꝑ ali
um defendi voluiſſet·Et vt plinius dicit in li·de viris illuſtribꝫ q̄dra
geſies quater accuſatus ꝑ ſe ſolū cām dixit optimeqꝫ fuit abſolutus·
⁊ vt tull'· in·i·queſtionū tuſculanaꝝ ſcribit fuit in eo tanta eloquen=
cia quanta illis tpibꝫ dici potuiſſet·De tullio inſuꝑ ſic ait· Lactan·li
iii·di·inſtitu·Tullius ſummus pħs ſecte achademice ꝑfectus orator
ſuą eloquencia corda hominum in manibus ſuis habuit vt q̄cquid
vſquā eloquii per latinoꝝ alueos fluxit ab hoc fonte ꝓgreſſum eſt·
Quanta autem vis dicendi fuerit in eo apte ponit plutarchus vitaꝫ
eius deſcribēs·dicit eñ·ꝙ cum cicero venit rhodū ad appollomū mi=
lonis cariſſimū oratorem ⁊ poſſidonium pħm gl'oſum tradit̄ appol=
loniū cum eſſet exps latine lingue rogaſſe Ciceronem vt grece aliq̄d
declararet qđ cicero libens fecit·ex illa declaracione omnes in ſtupo=
rem verſi non poterāt ſaturari de laudibus ciceronis·Sꝫ ⁊ appollo=
nius venit in tantā admiracōeꝫ ꝙ velut ꝑ extaſim tract⁹ nō intellige
bat ⁊ ꝑ multam moram tacitus ſedit dixit tandē·Te nēpe cicero lau=
do ⁊ admiror·Sed me fortuna grecorū miſit vt videā erudicionem et
eloquenciam q̄ ſola bonoruꝫ nobis relicta erat per te romam acceſſiſ=
ſe·Subdit et idem plutarchus de facundia ciceronis·ꝙ dum orauit a=
pud ceſareꝫ ꝑ quinto ligario qui ex aduerſariis ceſaris erat tāta gra
cia admirabilis fuit vt ceſar in plurimos colores vultum verterit ma
nifeſtūqꝫ fuit ꝙ animus ceſaris mutabat̄·pharſalicaꝫ tñ pugnā cum
orator attingeret ceſar velut amens corpe ac mente alienat⁹ eſt quoſ
damqꝫ emanibus ſuis fluxiſſe libellos dñt·quare ceſar dulci oracione
victus eum crimine liberauit·Terciū qđ pōt homines inducere ad a
liquid credēdū vl' opandū dr tpaliū bonoꝝ ꝓmiſſio· Sic maumeth d̄
mulſit aures oīm eoꝝ q̄ ipꝫ colūt et venerant̄·ꝓmiſit eis diuicias cō
ceſſit laſciuias et ad omnem voluptatē libere laxauit habenas·Quid
igitur de apoſtolis p̄dicantibus euangeliū tenendū eſt·An ipſi dyale
tici aut rhetorici vel forte tpalia ꝓmittentes· Abſit·De illis etenim
ait augu·li·xxii·de·ci·dei·c·v· Jn eruditos liberalibꝫ diſciplinis ⁊ oīo
quantū ad iſtoꝝ doctrinas attinet impolitos nō ꝑitos gramatica nō
armatos dialetica non rethorica inflatos·piſcatores xp̄us cum retibꝫ
fidei ad mare huius ſeculi pauciſſimos miſit atqꝫ ita vt ex omni ge=
nere tam multos piſces ⁊ tanto mirabiliores quanto rariores eciam
pħos cepit·hec ille·Neqꝫ inſuꝑ tpale aliquid pollicebant̄ apl'i predi=
cando qñquideꝫ ⁊ ipi aſpernabantur tpalia cuncta ſpernendaqꝫ pro
eterna imortaliqꝫ vita clamabāt· Fuerunt igitur ipſi tube ſpūſſancti
ſuꝑno munere dei ad officium predicacionis deputati· Tercia excellē
cia verbi dei ⁊ officii predicandi dicitur miraculoꝝ coruſcacio·Conco
mitatur quippe ſepe numero verbum dei claritas miraculorum·
Nam ſcđm Tho·ii·ii·q·c·lxxviii·deus facit miracula maxime ꝓpter
Fnu·

tria·Primo propter ſanctitatis alicuius demonſtracionem· Secundo
ꝓpter fidei approbacionē· Tercio ꝓpter veritatis ꝑdicate ↄfirmacōꝫ
¶ Primo facit deus miracula ad oſtēdendā ſanctitatē alicuius quē ꝑ
merito vite vult ꝑponere aliis in exemplū virtutis ſicut fecit de mag
no Anthonio machario ⁊ aliis· Scđo facit deus miracula vt fideꝫ
approbet·Vnde glo·ſuꝑ illud pſal·vt det illis hereditatē gēciū ait·
Hec fuit intencio miraculoꝝ vt crederēt gentes·Tercio facit deꝰ mi
racula ad ↄfirmādam veritatē predicatam·Et ſic facta ſunt miracu=
la ⁊ ſigna ꝑdicātibꝫ apl'is apoſtoliciſqꝫ viris·Quiſnam explicet quot
ſignis claruit ↄfeſſor dn̄i glorioſus ſanctus antonius de ordine mino
rum predicator egregius·Referam ex multis qđ in eius legenda ma=
gna continetur·Dum enī quadam die in ciuitate bituricēſi populo ꝑ
dicaret tam ingens multitudo ad eum audiendum conuenit ꝙ nullus
locus ciuitatis illam capere poſſet· Vnde canonici ciuitatis proceſſio=
naliter ciuitatem exeuntes cū populo ad quodā pratum latiſſimū per
uenerunt·Dum autē beatus antonius predicare cepiſſet ſubito tēpus
ſurrexit et tēpeſtas valida adeo ꝙ oēs timere ceperūt tam de pluuia
futura ꝙ̄ de coruſcacionibus et tonitruis et ſic ceperunt fugere ⁊ vel
le abire·Qđ cernens beatus antonius dixit eis·Ego ꝑ ꝑte dn̄i nr̄i ihe
ſu xp̄i vobis dico·Qđ nullus veſtrū aliquid mali habebit· ¶ Stetis
firmi ⁊ non timeatis·Qui eius verbis videntes immobiles ad audien
dum ꝑdicacionem eius ſteterūt· Et cū grando groſſiſſima deſcendiſſet
ſuꝑ terram circa audientes nec grando nec pluuia deſcendit cum tn̄
grādo ex nimietate ad altitudinem magnam omniem locū ambiiſſet·
Quo viſo miraculo cuncti gracias deo dederūt· Et hoc miraculū ſcul
ptū eſt in lapide in frontiſpicio eccleſie maioris bituriceñ·Quid dicaꝫ
de ſancto petro martire·quid de ſancto patre noſtro franciſco·quid đ
ſancto dominico·quid demiqꝫ de ſancto bernardino·Longum certe eſ=
ſet ſingillatim eorum miracula pro confirmacione euangelii diuinitꝰ
facta enarrare· ¶ Quarta excellencia diuini verbi ⁊ officii predicandi
dicitur predicatorum defenſio·Defendit equidem illos deus qui nomē
eius predicāt maxime a tribus·ꝑmo ab emulis·ſcđo a dyabolis·Ter
cio a periculis·ꝑmo defendit deus predicatores ab emulis· Nam vt
ſcribit·ii·q·iii·c·quicūqꝫ·Quicumqꝫ contriſtauerit doctorem veritatis
peccat in xp̄m et patrem oīm exacerbat deum ꝓpter qđ ⁊ vita care=
bit·Hinc legit̄ in vita beati Amandi epiſcopi·Qđ cū ꝑdicaret quidā
ioculator irridebat eū q̄ arreptus a dyabolo iniuriaꝫ factaꝫ ſancto ex
verbis eius fatebatur et ſe diſcerpens et lacerans vnguibus et denti=
bus expirauit·Legit̄ adhuc de beato franciſco·qđ dum predicaret in
caſtro·Citerne quedam mulier ſuperueniēs cum cimbalo pulſabat et e
ius ꝑdicacionem irridebat et a ſancto franciſco premonita vt deſiſte=
ret noluit obedire·Tādē ſcūs frāciſcus dixit· Tolle tolle dyabole qđ
tuum eſt·Et ſtatim capta eſt mulier miſera et in aerem leuata ac de=
inceps amplius non viſa·Secundo defendit deus predicatores verbi

ſui a diabolis. Legimus enī de beato antonio de padua. Qđ vltima q̄
dragesima ante obitum ſuum vacans predicacionibus et confeſſioni-
bus audiendis in principio ipſius quadrageſime a diabolo temptatꝯ
eſt ſuffocari. Qui nomen virginis marie deuote inuocans et crucis ſi
gnū fronti imprimens totam cellā lumie diuino circūfulſaꝫ conſpexit
⁊ dyabolꝯ ſtatim aufugit. Tercio defendit deus predicatores a picu-
lis. ſicut patet in paulo qui de ſeipo dicit in epl'a hodierna. Qđ fuit
in periculis fluminū periculis latronum piculis ex genere piculis ex
gentibus ⁊c̄. ¶ Quinta excellencia verbi dei et officii p̄dicandi dr̄ ex-
celſie ſublimacio. Sublimat enim eccleſia ſancta officiū p̄dicandi tri-
pliciter. Primo mulierum excepcōe. Secūdo laicoꝝ p̄hibicione. Ter
cio p̄latoꝝ obligacione. P̄mo eccl'ia excipit mulieres ab officio predi-
candi. iuxta illud. i. cor. xiiii. Mulieres in eccleſiis taceant. ⁊. i. thi. ii.
Docere mulieri non pmitto. et de conſe. di. iiii. c. Mulier. Mulier q̄̄-
uis docta ⁊ ſancta viros in conuentu docere vl' baptiſare aliquos nō
p̄ſumat. Ad idem facit capitulū mulierē. xxxiii. q. v. ⁊. c. mulier. xxiii.
di. Racio aūt quare mulieribus interdicit̄ actꝯ p̄dicandi ſcđm tho. ii.
ii. q. c. lxxvii. poteſt eſſe triplex. p̄ma ꝓpter condicionem ſexꝯ feminei
cui ꝓpter peccatū ꝯuenit ſubici viro. Docere aūt publice non ꝑtinet
ad ſubditos ſed magis ad prelatos. ſcđa racio eſt ne animi hominū al-
liciant̄ ad libidinem. quoniā vt ait ſapiens eccleſiaſt. ix. c. Colloq̄ū mu
lieris quaſi ignis exardeſcit et ſpēꝫ eius admirati reprobi facti ſunt
tercia racio aſſignat̄ qr̄ vt cōiter mulieres ſunt inſipientes et non ſūt
in ſapiencia ꝑfecte vt eis poſſet ꝯuenienter publica doctrina ꝯmitti
Priuate tn̄ pn̄t mulieres docere que ſciunt. Scđo eccleſia magnificat
officium predicandi. laicoꝝ p̄hibicione quia p̄hibet laicis omnibꝫ pu-
blice p̄dicare. Vn̄ gre. nonus. archiep̄o mediolanenſi ait illud qđ no-
tatur extra de hereti. c. Sicut in vno. Cum nonnulli laici p̄dicare pre-
ſumāt ⁊ verendū exiſtat ne vicia ſub ſpecie virtutum oculte ſubintrēt
Nos attendentes q̄ doctoꝝ ordo ē quaſi precipuꝯ in eccleſia dei mā
damus quatenus cum alios dn̄s apoſtolos dederit alios ꝓph̄as alios
vero doctores interdicimus laicis vniuerſis cuiuſcūqꝫ ordinis cenſeā
tur officiū predicandi. Ad hoc ꝓpoſitū diffuſe loquitur capl'm. Cū ex
iniuncto extra eodem. Racio autem aſſignat̄ in glo. ſuper dicto. c. Cū
ex iniuncto. Quia ſingula officia ſingulis debent eſſe commiſſa ſicut
eciam apte pꝫ. lxxxix. di. c. Singula. et non ſolū de p̄dicacione ſꝫ eciam
de q̄buſlibꝫ aliis negociis eccleſiaſticis ſe intromittere laici non debent
ſicut pꝫ extra de iudic. c. Decernimus. et de rebus eccleſiaſticis non a-
lie. c. Cū laicis. ⁊ arbitris. c. Cōtingit. ⁊ ꝯſti. c. Eccleſia. ⁊. xcvi. di. c. Be
ne quidem. Tercio eccleſia magnificat verbum dei ⁊ ſublimat illud p̄
latoꝝ obligacione. Obligat enim p̄latos vt de predicacione ſollicitam
curam habeant. Vnde extra de officio iudicis ordinarii. c. Inter cete-
ra. ſic habetur. Inter cetera que ad ſalutē ſpectāt populi x̄piani pabu
lum verbi dei per maxime ſibi noſcitur neceſſarium quia ſicut corpꝯ

materiali ſic anima ſpūali cibo nutritur eo ꝙ non in ſolo pane viuit
homo ſed in omni verbo qđ ꝓcedit de ore dei· Vnde cum ſepe ꝯtin=
gat ꝙ epī propter occupaciones multiplices vel inualitudines corpa
les aut hoſtiles incurſus ſeu occaſiones alias ne dicamus defectum
ſciencie qđ in eis reprobandum eſt oīno nec decetero tollerandum per ſe=
ipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum dei populo maxime ꝑ āplaſ
dioceſes et diffuſas generali ꝯſtitucīoe ſancim⁹ vt epī viros ydone=
os ad ſancte p̄dicacionis officium ſalubriter exequēdum aſſumāt po
tentes in ope et ſermone qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum cum
ſe idem nequiuerint ſollicite viſitantes eas verbo edificent et exem=
plo quibꝫ ipſi cū indiguerit ꝯgrue neceſſaria ſubminiſtrēt ne ꝑ neceſ
ſarioꝝ defectu ꝯpellant̄ deſiſtere ab incepto· hec ibi· in clementina ve
ro dudū· De ſepulturis apłica auctoritate concedit̄ p̄dicatoribꝫ ⁊ mi
noribus vt in eorum eccleſiis locis ⁊ plateis cōibus populo ⁊ clero
libere valeant predicare ea hora dūtaxat excepta qua ipſi ordinarii
locoꝝ per ſe p̄dicarēt aut coram ſe facerent ſollemniter predicari ni=
ſi ꝯtrariū ex eoꝝ voluntate maneret Arbitror aūt ⁊ ego diſpoſicio
ne ſpūſancti actū eſſe vt ꝓuata licēcia p̄dicandi minoribꝫ ⁊ p̄dicatori
bus impertiret̄ quoniam niſi ipſi ceteriqꝫ mendicantes excolerēt vine
am dñi ſabbaoth vrtice vepres et ſpine iam implerēt illam cunctaqꝫ
erroribus multiplicibus ⁊ hereſibꝫ eſſent maculata Nūc paupes fra=
tres deſudant ſtudiis literaꝝ vt predicacionum ſuaꝝ fulgore orbem
illuminent·

¶Qđ quinqꝫ ſūt ꝯdicōes neceſſarie in vno q̄z q̄ vult bn̄ fructuoſe et
valiter p̄dicare verbū dei· ¶Capłm· ii·

SEcundū miſteriū declarandū eſt de qualitate ſeu ꝯdicione p̄=
dicantis verbū dei et notabim⁹ quinqꝫ p̄cipuas ꝯdiciones q̄s
hr̄e dꝫ q̄ officiū p̄dicacōis exercet· Prima dr̄ ſcia· Scđa mūdi
cia Tercia ſapia· Quarta caritas· Quinta paciēcia· Prima ꝯdicio q̄
in vnoqꝫ p̄dicāte inuenire dꝫ dr̄ ſciēcia vbi aduertendū ſcđm · Alex·
de ales in· iii· volumie ſumme ꝙ triplex eſt doctrina· Prima ſimpli=
cis exhortacionis· Scđa aſſumpte ꝓfeſſionis Tercia predicacionis· p̄=
ma eſt doctria ſimplicis exhortacionis q̄ pōt vn⁹ quiſqꝫ fraterna ad
monicione corrigere ⁊ docere primū ſuum ⁊ hec cōis eſt omniū ſecū
dū quā omnes ſcire tenent̄ ſimbolū oracionem dñicam p̄cepta decalo
gi peccata capitalia opa mīe ⁊ eccleſie ſacramenta · ſcđa doctrina dr̄
aſſumpte ꝓfeſſionis et ſecundū hāc vnuſquiſqꝫ ſcire dꝫ ea que ꝑtinent
ad facultatem ſuā admin⁹ ꝯpetent̄· Sic medici ſcire dn̄t regulas me=
dicine ⁊ nō iuriſte· Juriſte vero ſcire debent ſnīas legum ⁊ non me=
dici ⁊ ſic de aliis · Tercia doctrina dr̄ p̄dicacionis cuius miniſtri idē
p̄dicatores ſcire tenent̄ non tm̄ credenda ſꝫ eciam expoſiciones prece=
ptoꝝ ita vt ſaltem cōpetenter docti poſſint alios inſtruere et docere
Vn̄ extra de hereticis· c· Ex iniuncto dr̄ Scia valde neceſſaria eſt ſa=
cerdotibꝫ ad doctrinā quia iuxta verbum ꝓphicū labia ſacerdotis cu

ſtodiũt ideſt cuſtodire debent ſciam ſcd̄ȝ glo·Que verba eciam notan tur·xliii·di·c·Sit rector·Et·viii·q·i·c·Oportet Ubi ſic habet· Oportȝ eum qui docet et inſtruit animas rudes eſſe talem vt p ingenio diſcē ciũ ſemetipſum poſſit aptare et verbi ordinem p audienciũ capaci‐ tate dirigere·Debet ergo apprime eſſe eruditus ⁊ doctus · Et·xvi·q· i·c·Sic viue·et·c·ſi clericatꝰ d̄r·Multo tpe diſce ⁊ poſtmodum doce‐ as·Et·xxxviii·di·c·ignorancia·Sacrum conſilium inquit · ignorancia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotibus vitanda eſt qui docendi officium in populo ſuſceperũt·Sacerdotes enim admonentur legere ſanctas ſcripturas Paulo apoſtolo dicente ad thimo·Atten‐ de lectioni exhortacioni et doctrine·Et ad hoc facit·c·Si in laicũ·⁊·c· nulli ſacerdotum·et·c·Si iuxta·et·c·Qui ea prefata·di·xxxviii·Et·lix· di·c·Ordinatos·d̄r·Qui mime l̄ris operam dedit preceptor eſſe nō po teſt l̄raꝝ·Et iero·ad Nepocianum ita ſcribit·Diuinas ſcripturas ſe‐ pius lege ymo nunq̄ de manibꝫ tuis ſacra lectio deponat· ¶Sermo ſacerdotis ſcripturaꝝ ſale conditus ſit· Nolo te declamatorem eſſe ⁊ fabulũ garrulũqꝫ ſed miſterii pitum et ſacramentoꝝ dei tui erudiſſ ſimũ· Verba voluere et celeritati dicendi apud impitum vulgus ad miracionē ſui facere indoctoꝝ hoīm ē·Ex q̄bꝫ oībꝫ colligit̄ q̄ nullꝰ predicare debet niſi ſit doctus ita vt ſaltem in eo ſit mediocris ſcia et ſi nō multum emīnēs vt habetur extra de electione·c·Cũ nobis·Sed vt iero·inq̄t ad paulinũ Qd medicoꝝ ē pmittũt medici tractant fa‐ brilia fabri·Sola ſcripturaꝝ ars eſt q̄ ſibi omnes paſſim vendicant Scribimus indocti doctiqꝫ poemata paſſim·hanc garrula anus hāc delirus ſenex hāc ſophiſta verboſus hāc vniuerſi pſumũt lacerāt do‐ cent antequā diſcant·Alii adducto ſupcilio grandia verba trutinan‐ tes inter mulierculas de ſacris l̄ris phantur·hec ille · Sed nonnulli impiti illitterati ⁊ pdiote preſumpcionis vento tumefacti ſcienciaȝ dā nant ſtudia literaꝝ ſacrarum vitupant laudant vero ignoranciaȝ et ruſticitateȝ·Aſſerunt enim xp̄m humilimos piſcatores apoſtolos ſcȝ ad predicandum miſiſſe·Qd paulus·i·cor·ii·c·approbat dicens q̄ ſtl‐ ta ſunt mũdi elegit deꝰ vt ↄfũdat ſapiētes·Si igit̄ apli oīo rudes ad predicacionē euāgelii ſunt electi non videt̄ racioni conſonũ dicere ſci enciam fore p̄dicantibus neceſſariā·Talibꝫ ſic arguentibꝫ r̄ndꝫ iero· ad paulinũ·Sancta q̄ppe ruſticitas ſolũ ſibi pdeſt ⁊ q̄ntũ edificat ex vite merito eccleſiā xp̄i tātũ nocet ſi deſtruentibꝫ non reſiſtat· Mala chias pph̄a ymo p malachiam dn̄s interrogat ſacerdotes legem in tā tũ ſacerdotis officiũ eſt interrogatũ r̄ndere de lege·Et in deutro·legi mus·interroga patrem tuum ⁊ annũcibit tibi ſeniores tuos ⁊ dicent tibi·In pſal·q̄ꝫ·cxviii·cantabiles michi erant iuſtificaciones tue in lo co pegrinacōis mee ⁊ in deſcripcione viri iuſti cum eum arbori vite dauid que eſt in paradiſo cōparet inter ceteras virtutes hoc eciam in tulit in lege domini voluntas eiꝰ ⁊ in lege eius meditabit̄ die ac no‐ cte·Daniel in fine ſacratiſſime viſionis iuſtos ait fulgere q̄ſi ſtellas

et intelligentes ideſt doctos quaſi firmamẽtum· Vides quantũ inter
ſe diſtãt iuſta ruſticitas ⁊ docta iuſticia· Alii ſtellis alii celo ꝯpant·
Quamꝙ̄ iuxta hebraicaꝫ veritatẽ vtrũqꝫ de eruditis poſſit intelligi·
Ita enim apud eos legimus· Qui aũt docti fuerint fulgebunt quaſi
ſplendor firmamenti ⁊ qui ad iuſticiam erudiũt multos quaſi ſtelle
in ꝑpetuas eternitates· Cur dicit̃ paulus apoſtolus vas electionis·
Nẽpe quia vas legis ⁊ ſcripturaꝝ ſanctaꝝ armariũ erat phei ſtu-
pent in doctrina dñi ⁊ mirant̃ in petro et iohanne quõ legem ſciant
cum nõ didicerint lr̃as· Quicquid eñ aliis exercitacio et quottidiana
in lege meditacio tribuere ſolet hoc illis ſpũſſanctus ſuggerebat et e-
rant iuxta qꝺ ſcriptũ eſt docibiles deo· hec ille· Ex cuius verbis clare
deprehẽdimus ꝙ licet apoſtoli ſciaꝫ nõ habuerint acqſitã tñ illaꝫ ha
buerũt infuſam· Silr̃ ⁊ pater noſter franciſc⁹ ex dono ſpũſſancti tã-
tam plenitudinem grẽ ⁊ ſcie accepit vt p̄dicans omnes in ſtuporẽ cõ
uerteret audientes· vñ ·b· boñ· iii· pte legende maioris de eo ſic ait· E-
rant eloquia eius non inania nec riſu digna ſed virtute ſpirituſſancti
plena· erant medullas cordis penetrancia ita vt in vehementem ſtupo
rem audientes conuerterent· et in· xii· parte legẽde inquit· Erat verbũ
eius velut ignis ardens penetrans intima cordis omniumqꝫ mentes
admiracione replebat cum non humane inuencionis ornatum pretẽ
deret ſed diuine reuelacionis afflatu redoleret· ¶ Secunda cõdicio ꝙ̄
predicator habere debet ẽ mundicia· Debet eñ eſſe mundus et imma-
culatus non ſolum in ſe ſed primis exemplo bono illos edificans·
Quia vt inqt̃ grego· in omel· Cui⁹ vita deſpicit̃ reſtat vt eius p̄dica-
cio ꝯdemnat· Et iero· ad nepocianũ ait· Non confundant opa tua ſer-
monem tuum ne cum in eccleſia loqueris tacitus q̄ꝫ reſpondeat· Cur
ergo que dicis ipẽ non facis· Delicat⁹ magr̃ eſt qui ventre pleno de
ieiuniis diſputat· Et io· criſoſ⁹· di· xl· c· Multi· ait· Si bene vixeris ⁊ bñ
docueris pplm̃ inſtruis· Si bene docueris et male vixeris tui ſolius
condemnator es· Nam bñ viuendo ⁊ bñ docendo pplm̃ inſtruis quõ
debeat viuere· bñ autem docendo et male viuendo deum inſtruis quo
modo te debeat cõdemnare· Ad hoc ꝑpoſitũ eciã Lactan· in· iiii· li· di-
uini· ait· Hoĩes malũt exẽpla ꝙ̄ verba qm̃ loqui facile eſt p̄ſtare diffi
cile· Vtinã quidẽꝫ tam multi bñfacerẽt ꝙ̄ multi bñ loquũtur· Et ideꝫ
in· iii· li· inquit· Qui docent tantum nec faciunt ipi p̄ceptis ſuis detra
hunt pondus· hec ille· Nec ſufficit extrinſecus exemplũ bonum prebe
re· niſi ⁊ mens ipſa p̄dicatoris intrinſecus fuerit munda quia vt in-
quit grego· ſuꝑ ezechielem· Sermo dulcedinem non habet queꝫ infra
conſcienciam vita reproba remordet· Tercia condicõ predicatoris ver
bi dei ẽ ſapiẽa ſiue prudencia· debet namqꝫ prudenter doctrinã cõica
re ita vt nõ ſꝑ omnia dicat nec ſemꝑ omnia taceat ſꝫ ꝑ loco et tpe ſe
cundũ ꝙ viderit auditoꝝ vtilitati melius ꝯuenire· Hic grẽ· in paſto
rali ait illud quod ponitur· xliii· diſtinc· c· Sit rector· Sit rector diſcre-
tus in ſilencio vtilis in verbo ne aut tacenda proferat aut proferẽda

reticeſcat·Nam ſicut incauta locucio in errorē ꝑtrahit ita indiſcretum
ſilencium eos qui erudiri poterāt in errorem derelinquit·Sepe nāqꝫ
rectores improuidi humanā graciā amittere formidantes loqui libe=
re recta ꝑtimeſcūt·hec ille·Et licet in quolibet officio publico exigatꝛ
ꝓuidencia ipſa tñ multū eſt neceſſaria his qui p̄dicant verbum dei ita
vt locis ꝑſonis ⁊ temporibus ſuos ſciāt aptare ſermones· Naꝫ ſcdm
aplm·ſapiaꝫ loquimur inter ꝑfectos· ꝑuulis aūt lac damus in potuꝫ
verūtñ ꝓ ſepe ꝯtrariū fieri videmus ab inſipientibus · Predicauit q̄
dā tp̄e meo corā vetulis·vii vel·viii·de ludo aleaꝝ et ebdomada ſeq̄n
te de vicio ſodomie·Alter vero in die ſpū ſancti coram ingenti mul=
titudine doctorum viroꝝ laudes narrauit ſancti bernardini ⁊ ſimi=
lia multa omitto ne videar ꝓbos patres velle corrigere illud tñ ſilen
cio nō ē p̄tereūdū·Qđ quidā q̄ feruentes ſꝫ vere poci⁹ furentes voca
ri pñt gl'iantꝛ ſub ſpē deteſtacōis vicioꝝ talia publice tāq̄ ſordida et
obſcena ſpurciſſimaqꝫ verba fantꝛ q̄lia min⁹ quilibꝫ hiſtrio ioculator
ſatyra ⁊ fetidiſſimus leno loq̄ erubeſceret·ex quoꝝ imprudenti do=
ctrina q̄ plures nedū peccata quedā que ignorabāt didicerūt veruꝫ
eciam ⁊ illa ꝑpetrari conati ſunt·O reprehenſibiles·O vicioſi·O de=
niqꝫ nefandi vicioꝝ corruptores·Audite beati franciſci conſilium in
regula ſic·d·Moneo quoqꝫ et exhortor fratres meos in dño ieſu cri=
ſto vt in predicacione quā faciūt ſint examinata et caſta eorum eloq̄a
ad vtilitatem et edificacionem ppl'i annunciando eis vicia et virtutes
penam ⁊ gloriam cum breuitate ſermonis· Nōnulli gloriantꝛ ppl'm
induxiſſe ad riſū ⁊ truffas Cōtra quos iero·ad nepocianū ait·Lacri=
me auditorum laudes tue ſint·hec ille· Tales aūt magis dicendi ſūt
truffatores q̄ predicatores qui quibuſdā geſticl'acōibꝫ ⁊ truffis conā
tur ppl'm in riſum vertere igitꝛ q̄ prudēs eſt vicia hec reꝑhenſibilia d'
quibꝫ diximus vitare curat· ¶Quarta ꝯdicio predicanciū dicitꝛ paciē
cia·Euenire quippe ſolet vt inter multos qui laudant predicatores in
ueniantꝛ nōnulli detractores qđ diuina agitꝛ diſpenſacione vt pōdere
detrahencium fum⁹ dep̄matꝛ inanis gl'ie q̄ oriri poſſet ex verbis blā
diencium Hinc grego·vi·q·i·c·Sunt pl'imi·inquit·Sunt pl'imiq̄ vitam
bonoꝝ amplius q̄ debent laudāt ⁊ ne qua elacio de laude ſubrepat
ꝑmittit oīpotēs de⁹ malos in obtrectacōe ⁊ obiurgacōe ꝓrūpere vt
ſi qua culpa ab ore laudāciū in corde naſcitꝛ ab ore vituꝑancium ſuf=
focetur·hec ille pacienter itaqꝫ ⁊ equo animo ferendi ſūt rumuſculi
plebis nec curandū de omnibꝫ q̄ dicuntꝛ niſi talia eſſent ꝓpter que ſi
nō ꝯfutarentꝛ infamia notabilis in p̄iudiciū animaꝝ oriri poſſet·
Vñ iero·ad nepocianū ait caue ne hominū rumuſculo aucuperis et
offenſam dei ppl'oꝝ laude cōmutes·per infamiam ⁊ bonaꝫ famam
xp̄i miles graditꝛ nec laude extollitur nec vituꝑatione frangitur et le
ta contemnit et triſticia· ¶Per diem ſol non vrit eum neqꝫ luna per
noctem·hec ille·Et vere niſi predicator paciens extiterit multam ſen
ciet amaritudinem quando qđ vnus laudat alter vituperat laudant

dochi ſubtilitates ⁊ pfunda dubia ſcripturarum vitupant iſta vulga-
res ⁊ ignorantes. Extollunt ignorãtes ⁊ mulierculę vulgaria quedã
exempla ſiue pabolas et de illis viri piti qui nõ hñt deuocionem riſũ
ſuſcipiunt. Et ſic p varietate audiẽciũ varia eſt opinio variuſqꝫ appe
titus vnoqꝫ ſcdm ſuum motum referente. ¶ Quinta cõdicio pdicato
ris euãgelii nũcupatur caritas. Hec facit pdicatores querere nõ que
ſua ſunt ſꝫ que ihesu xpi. Et. i. cor. xiii. et. x. caplis doctor genciũ ait.
Nõ querẽs qd michi vtile ẽ ſed qd multis vt ſalui fiant. Querũt que
ſua ſunt q̃ predicãt. aut cupiditate glie aut appetitu ambicõis honoris
⁊ dignitatis aut amore lucri et ſpe queſtꝰ aut deniqꝫ reſpectu cuiuſ-
libet ꝯmodi tpalis. Nõ ſtãt iſta cũ caritate q̃ deũ diligere facit pter
ſe ⁊ primũ pter deum.

¶ De quinqꝫ fructibꝫ ⁊ vtilitatibus vbi dei et q̃re vtile eſt oĩbꝫ illud audire libenter. ¶ Caplm. iii.

Tercium miſteriũ declarandũ eſt de vtilitate audiẽciũ verbum
dei. Et licet multa ſint fructus ⁊ vtilitates deuote audienciũ
verbum dei tñ nos in preſenciarum tantum quinqꝫ explica-
bimus quatenus his fructibus excogitatis vnuſquiſqꝫ animet ad li-
benter ⁊ deuote audiendũ illud. Prima dr illuminacio. Secunda con-
fortacio. Tercia fortificacio. Quarta delectacio. Quinta exemplacio.
¶ Prima vtilitas verbi dei dr illuminacio. illuminat quippe intelle-
ctũ hoĩs ſicut ſol illuminat mũdũ. Et h̄ inq̃t Dauid in pſal. Declara
cio ſermonũ tuoꝝ il. ⁊ intel. d. p. Et iterum Lucerna pe. m. ver. t. ⁊ l.
ſ. m. Illuminatur ſiquidem mens attente audiencium ⁊ cum vtilitate
Primo reſpectu credendoꝝ vt ſciant fidei rudimenta. Secundo reſpe-
ctu colendorum vt deum colat creatorem. Tercio reſpectu abhorren-
dorum vt vicia abhorreat et vitet. Quarto reſpectu acceptandorũ vt
virtutes acceptet et inſequatur. Quinto reſpectu ſpernẽdorum vt mũ
dum ſpernat ⁊ eius bona. Sexto reſpectu agendorum vt opera agat
que mandantur ĩ lege Septimo reſpectu timendorum vt penas infer
ni timeat. Octauo reſpectu deſiderandorum vt beatitudinem eternã
deſideret. Nam niſi hec ⁊ huiuſmodi pplis pdicarentur omnes velut
ceci variis inuoluerent erroribus. ¶ Secunda vtilitas quam ꝯſequũ
tur verbum dei audientes dr ꝯfortacio Nã licet multi ſciãt bona que o
perari tenentur ⁊ mala a quibus ſibi cauere debent tñ quãdoqꝫ nec
bona faciunt nec mala fugiunt deuicti quadam tepiditate vel pocius
ſenſualitate ⁊ delectacione boꝝ tpalium. Alii eciam q̃uis ſciant pe-
nas inferni fore timẽdas deſiderandũqꝫ celum pieqꝫ chriſti paſſionẽ
deflendam tñ cor hñt inſipidum ſine timore ſine deſiderio ⁊ ſine vlla
pietate ¶ Cum vero tales audiunt verbum dei frequenter confortant
ad deponendam omnem tepiditatem ad amplectandas virtutes ad
ſurgendum a peccatis ad compaciendum chriſto paſſo ad timendos
gehenne cruciatus ⁊ ad deſiderandum regnum dei. Quia vt hieroꝰ
ait ad paulinũ. Habet neſcio quid latentis energie viue vocis actꝰ et

in aures diſcipuli de doctoris ore tranſfuſa forcius ſonat. ¶Vnde et heſchines cum rodi exularet et legeret illa. Demoſtenis oracio quam aduerſus eum habuerat mirantibus cūctis atqꝫ laudantibꝫ. ſuſpirās ait. Quid ſi audiſſetis ipſam beſtiā ſua verba reſonātem h illė. Quanta autem ſit vis in verbo dei p̄dicato apparet vndiqꝫ ex mirā dis exemplis tam apoſtoloꝝ quā alioꝝ. Petrus Namqꝫ poſt ſuſceptum. ſ. ſ. vna p̄dicacione tria milia aīaꝝ conuertit ad chriſtū Actuum. ii. c. Quid fecit paulus vas eleccionis. Quid reliqui omnes apoſtoli et diſcipuli xp̄i Et diebus noſtris vnde quaſi renouata videt̄ religio xp̄i ſuſtēta eccleſia et peccatores ad penitenciam animati niſi ex auditu predicancium. O verbum dei benedictum. O verbum ſalutiferum. O predicacio fecundiſſima. O inſtrumentum ſalubre. quo cōmoueri p̄nt mentes dure ad agendam p̄niam et corda omniū ad virtutes ſectandas. Tercia vtilitas audiencium verbum dei dr fortificacio. Fortificat enim eos qui boni ſunt vt in melius p̄ficiāt et p̄ſeuerēt ita qꝫ ex verbo dei quaſi conſeruantur et nutriunt̄ ſicut plātula que vt viriditatem ſeruet irrigatur aquis. Ideo xp̄s ait math. iiii. Non i ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo qd p̄cedit de ore dei. Quarta vtilitas dicitur delectacio. Delectat etenim verbum dei et recreat ſpūaliter audientes. Nam omnis anima bona letanter audit magnalia ſummi imp̄atoris celoꝝ. Et quicūqꝫ aliquē diligit de ipſo libenter loquitur et libēter audit bñ de illo loquētes. Sic qui deū amant et ex chriſto ſunt verba eius audiūt vt dr. io. viii. c. Et marie magdalene que dilexit multum Luce. vii. ſaturari non poterat audiēdo v̄ba melliflua xp̄i ihesu luce. x. c. Quinta vtilitas dicit̄ exemplacio. Prebꝫ namqꝫ audiētes verbum dei exemplū bonū p̄ximis ſuis. Nam ſepe ꝯtingit vt hi qui infime ſunt condicionis videntes viros graues vt puta religioſos viros doctos nobiles et honeſtos ciues ad predicacōꝫ confluere animent̄ et ipi ad eam audiendam diligenter. Ergo vt finē huic ſermoni faciam cū tā grādia tamqꝫ mirifica ſint p̄uilegia verbi diuini oēs aduoco cunctos inuito ſingulisqꝫ clamo. Venite et audite vt audiēdo verbum dei acquirere poſſitis ei9 graciam et deinde p̄uenite ad beatam gl'iam in qua xp̄s benedictus viuit et regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶Feria ſcd'a poſt dominicam in ſexageſima. De verbo dei et de eius audicione. ¶Sermo nonus.

IN corde bono et optimo audiētes verbū retinēt et fructū afferūt i paciā. verba ſūt criſti ieſu ſaluatoris originalit̄ Luc. viii. c. Quāuis multa dicta ſint in ſup̄iori ſermone de p̄dicato verbo dei reſtāt tamen ad huc de eius audicōe aliqua differenda. Opus eīm eſt confutare illos qui vel audire reſpuūt vel negligenter audiunt aut audientes n̄ cuſtodiūt verbū. Et reuera ſatis ſup̄qꝫ neceſſaria ē h ꝯfabulacio vt inducunt̄ hoīes ad audiēdū verbum diuinum cum effectu et vtilitate ſalutis ſue. ¶Nam non

deſunt dyaboli tẽptamẽta ad remouendas mentes ab auditui ſpũal' doctrine cũ ipa ſit q̃ſi ſagitta vulnerãs aſtuciã eius. idcirco de audicõne verbi dei dicere volentes notabim9 in hoc ſermone pricipaliter tria miſteria declaranda.

Primũ dr̃ inductio.
Scdm modificacio.
Terciũ obligacio.

¶ Qualiter oẽs inducunt ad audiendũ verbum dei a ſcriptura a natura ⁊ ab exemplis.

¶ Caplm .i.

PRimũ miſteriũ declarandũ de audicione verbi dei dr̃ inductio ad illud etenĩ audiẽdũ inducimur ꝓpter tria. pmo ꝓpter naturã. ſcdo ꝓpter ſcripturã. tercio ꝓpter exempla. ¶ Primo inducimur vt libenter audiam9 verbũ dei ab ipſa natura. Nam vt ſeneca ad lucillũ ait. Dociles natura nos edidit. Et ſcdm ciceronem i ſua rethorica. is docilis eſt qui vult attente audire. Et vt idez cicero in .q. tuſcul' ait ineſt mentibus noſtris inſaciabilis quedaz cupiditas veri videndi. Qd in .i. de officiis ↄfirmat .d. Omnes trahimur ⁊ ducimur ad ↄgnicõis et ſcie cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus. Et hoc ipm ar. explicauit in .i. metha. inquiens Omnes homines natura ſcire deſiderãt. ⁊ in .iii. ethicoꝝ et .ix. pte pble. aſſerẽs Addiſcere quidem facile et delectabile natura omnibus eſt. ¶ Cum ergo quaſi incredibilis ſit numerus ignorancium viaz dñi ⁊ p̃dicatores illã doceant natura ipſa mouere debet omniũ animos ad illos audiendũ. Nec vz quorũdaz de ſe ſupba p̃ſumpcio qui ſe credũt omnia ſcire qm̃ vt ait ſapiens. puer. i. Audiens ſapiens ſapiencior erit quĩ nimo nullus ẽ adeo pitus q̃ picior fieri non poſſit. Hinc iactã. de ira dei de Socrate ait. Socrates cum eſſet oim phoꝝ doctiſſim9 vt ceteroꝝ argueret inſciaz qui ſe aliqd tenere arbitrabãt ait ſe nichil ſcire niſi vnũ q nichil ſciret. Et mercuri9 thermegiſtus phs maximus dicebat. Maxima ps eoꝝ q̃ ſcimus eſt mĩma ps eoꝝ q̃ ignoram9. Jõ notabilia valde ſunt iero. verba q̃ ad palmachiũ ⁊ oceanũ ita ſcribit Dum eſſez iuuenis nimio feruebã amore diſcendi nec iuxta quorũdã p̃ſumpcionẽ ipe me docui. Appollinarẽ audiui anthiochie freq̃nter et colui. iam canis ſpergebat caput ⁊ mgrm̃ pocius q̃ diſciplm docebat. Perrexi tñ Alexandriam audiui didimũ in multis ei gracias ago q2 qd neſciui didici. qd ſciebam illo docente nõ pdidi. putabant me homines finem feciſſe diſcendi. Veni rurſus ierlimaz ⁊ bethleem quo labore quo precio. baraiaz nocturnum humi preceptorem. Timebat enim iudeos ⁊ alteꝝ michi exhibebat Nichodemum. hec ille. Si ita q3 tantus doctor luce ſciencie p̃ditus audire vt addiſceret nõ erubeſcebat. que p̃ſumpcio illa eſt eoꝝ qui vel ignorãtes vel paꝝ docti ſunt dicencium ſe predicacionem non velle audire quia illa non egent propter tales vtiq3 ſeneca li. de tranquillitate animi ait. puto multos ad ſapienciam venire potuiſſe ſi non putaſſent ſe peruenisſe. ¶ Secundo inducimur vt prompte audiamus verbũ dei ab ipſa ſcriptura. Concordant quippe voces omniũ ſcripturaꝝ ne dum diuinarum. Verũ

eciam ⁊ moraliū phoꝝ. Qđ vnuſquiſqꝫ ſollicitus eſſe debet ad diſcen
dum. Vñ Ar. i. ethi. ait. Qui neqꝫ ipē intelligit neqꝫ alium audiēs i
animo ponit hic inutilis natus eſt Et macrobius li. ii. ſaturnaliū. Si-
ne doctrina vita eſt quaſi mortis ymago. Et tull. li. ii. q. tuſ. Vt ager
q̄uis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt ſic ſine doctrina
anim9 Et idem li. i. di. oratore. Nō ignoro ea q̄ bona ſūt meliora fieri
poſſe doctrina. ⁊ iuriſconſultus. ff. de fidei ꝯmiſſariis libertatibus. l.
Apud iulianum inquit cupiditas diſcendi eſt optima racio viuendi.
Vñ iulian9 dixiſſe fertur et ſi alteꝝ pedem in ſepulchro haberem ad
huc diſcere quid vellem. Hinc eſt qđ eciam ſapiens eccleſiaſt. vi. ait.
Si inclinaueris aurē tuaꝫ accipies doctrinaꝫ ⁊ ſi dilexeris audire ſa
piens eris. et idem puer. xii. Qui diligit diſciplinā diligit ſciam et p
uer. xvii. qui euitat diſcere incidit in mala. ⁊ puer. xix. Suſcipe diſci
plinam vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. Et. xxii. ibidem. Inclina au-
rem tuam et audi verba ſapiencium. Sunt ⁊ alie hm̄oi ſcripturaꝝ
voces q̄ſi innumerabiles hortantes hoīes vt pmpto animo audire ve
lint verba doctoꝝ ⁊ ſapientum vt et ipſi p exerciciū diſciplīe doc
euadere poſſint. ¶ Tercio inducimur ad audiendū eos qui docent bñ
beateqꝫ viuere ab exēplis. Scribit eī val. max9 li. de ſtudio ⁊ indu-
ſtria. qđ etiā refert tull. li. de ſenectute. Qđ ſolon phs ſignificauit v
ſibus ſe quottidie ſeneſcentem aliquit diſcere. Supremo vero die vi-
te aſſiſtentibus amicis quedaꝫqꝫ inter ſe ꝯferentibus ſatis iam preſſū
caput erexit interrogatuſqꝫ. Qua propter id feciſſet reſpondit vt cum
iſtud quicquid eſt de quo diſputatis percepero moriar. At et iero.
ad paulinum inducit multorum phoꝝ exempla q̄ auiditate diſcendi
nullum timuerunt laborem. Legimus inq̄t in veteribꝫ hiſtoriis quoſ
dam luſtraſſe pvincias nouos adiiſſe populos maria tranſiſſe vt
eos quos ex libris nouerant coram quoqꝫ viderent. Sic pitagoras
memphiticos vates ſic plato egiptum et architam tarentinum eam
oram italie que quondam magne grecia dicebatur laborioſiſſime per
agrauit vt q̄ athenis magiſter erat cuiuſqꝫ doctrina achademie gim
naſia pſonabant fieret peregrinus atqꝫ diſcipulus malens aliena ve-
recunde diſcere q̄ ſua imprudenter ingerere. Deniqꝫ cum litteras qua
ſi toto fugientes orbe perſequitur captus a pirratis et venundatus
tyranno crudeliſſimo paruit captiuus vinctus et ſeruus. Tamē quia
phus maior emente ſe fuit Ad titū liuium lacte eloquēcie fonte ma
nentē ex vltis hiſpanie galliarūqꝫ finibꝫ quoſdam veniſſe nobiles le-
gimus et quos ad ſui ꝯtemplacōꝫ roma non traxerat vnius hominis
fama perduxit. Habuit illa etas inauditum ſcl'is celebrandūqꝫ mira-
culum vt vrbem tātam ingreſſi aliud extra vrbem q̄rerēt. Appollōi9
ille magnus vt vulgus loq̄tur ſiue phs vt pitagorici tradūt intrauit
pſes ptranſiuit caucaſum albanos citas maſſagetas opulentiſſima in
die regna penetrauit et ad extremum latiſſimo phyſon amne tranſ-
miſſo peruenit ad Brachmanas vt hiarchan in throno ſedentem

aureo et de tantali potantē inter paucos diſcipulos de natura de mo-
ribꝫ de curſu dierꝝ ⁊ ſiderꝝ audiret docentē· Inde p̄ heamitas babilo-
nios chaldeos medos aſſirios parthos ſyros feices arabes paleſti-
nos reuerſus alexandriam perrexit ethiopiam vt gymnoſo phiſtas
⁊ famoſiſſimā ſolis mēſam videret in ſabulo · Inuenit vir ille vbiqꝫ
quid diſceret ⁊ ſemp̄ pficiens ſemp̄ ſe melior fieret· Scripſit ſup̄ hoc
pleniſſime octo voluminibꝫ philoſtrat9·hec ille·Et idem iero·ad ne-
pocianū ꝯmendans ſapīe ſtudium ait de demoſcene· Sapiens vir ille
grecie Demoſchenes cū expletis centum ſeptem annis ſe mori cerne-
ret dixiſſe ferē ſe dolore ꝙ tunc egrederet̄ e vita cum ſapere cepiſſet·
His igitur exemplis damnari poteſt temeritas illorū q̄ ſe exiſtimāt
oīa ſcire oīa ſape oīa deniqꝫ intelligere·Quo fit vt p̄dicatores doctos
non ſolū audire recuſent verum etiam ⁊ ſepe paruipendāt ⁊ aſpernē-
tur·ex dictis tm̄ clariſſime conſtat nil vnicuiqꝫ tantū conuenire poſſe
quantum audire diſciplinā et erudicionem·Nam ex eius auditu fru-
ctum non mediocrē ſuſcipiunt viri ⁊ mulieres ſenes ⁊ paruuli boni
⁊ mali docti pariter ⁊ indocti·

¶Qd verbum dei eſt audiendum cum ſollicitudine deuocione et hu-
militate· Caplm·ii·

Secundū miſteriū ꝯtemplandū ē modificacō·in quo apire li-
cet qualiter dei verbū ſit ab oībꝫ audiendū vt in oībus ſerue-
tur ordo debitus ⁊ menſura·Et ad hoc intelligendum dico ꝙ
verbum audiri debet tripliciter·Primo ſollicite·Scdo deuote·Tercio
huiliter·Primo verbū dei audiendū eſt ſollicite vt qui fructū eius ha-
bere cupit conet̄ a principio intereſſe ſermoni· Nam ſunt nonnulli q̄
ad p̄dicacionē ꝯfluūt ſꝫ tm̄ ob pigriciaꝫ et ſomnolēciam raro integraꝫ
illam audiūt·Alii vero auaricia victi diebꝫ ferialibus nolunt predi-
caciones audire timentes amittere temp9 ⁊ lucra·Quibꝫ ego dico ꝙ
non bene faciunt qm̄ ſi audirent quinq̄ginta p̄dicaciones non expen-
deret̄ in illis audiendis trium dierꝝ ſpaciū ·Et tm̄ maius eſſet lucrum
anime qd inde euenire poſſet q̄ lucrum oīm tpaliū bonorum·Sed ſi
aliquis tanta neceſſitate ꝯſtringeret̄ ꝙ niſi laborando victū acquire-
re non poſſet tunc illum ad audiendū verbum dei non ꝯpellerem qm̄
vt ait Ar·iii·topicorꝫ·Melius eſt phophari q̄ ditari ſꝫ nō indigenti
neceſſariis· ¶Scdo eſt audiendū verbū dei deuote·Et hoc dico aut p̄
pter eos qui in p̄dicacōne dormiūt aut pp̄ter illos qui inter ſe confa-
bulant̄ aut pp̄ter alios qui de ambulando cum ſuo ſtrepitu et irreue-
rencia predicatorem et ipſum audientes turbant aut propter laſciuos
⁊ vanos iuuenes leueſqꝫ mulierculas q̄ dū p̄dicat̄ mutuo ſe ſe iocan-
do ꝯcupiſcendo ridendoqꝫ ꝯſpiciūt·in quibus nulla eſt ꝯpunctio nul-
la fides nulla religio·Et p̄ his oībꝫ facit illud dictū augu·i·q·i·c·in-
terrogo·ſic·d vos frēs vel ſorores dicite michi q̄d plus eſſe videt̄ vo-
bis corp9 xp̄i an verbū xp̄i·Si verꝫ vultis reſpōdere h̄ dicere debetis
qꝛ nō ſit min9 verbum dei q̄ corp9 xp̄i· Et ideo q̄nta ſollicitudine ob-

ſeruam9 qn̄ nobis corp9 xp̄i miniſtrat̄ ne ex ip̄o de manibus nr̄is ali
quid in terrā cadat tanta ſollicitudine obſeruemus ne verbū domī qd
nobis erogat̄ dum aliud cogitam9 aut loquimur de corde puro depe
reat qz non min9 reus erit qui verbū dei negligent̄ audierit q̄p ille q̄
corp9 xp̄i ſua negligēcia in terrā cadere pmiſerit·h̄ ille· Archi vero
ſup h̄ caplo·d·Qd ꝯpacō corporis xp̄i et verbi p̄dicati nō fit reſpectu
dignitatis et excellencie ſʒ reſpectu efficacie qm̄ non minorē efficaciā
ꝯſequitur q̄ cum deuocione audit verbum dei q̄p q̄ cū reuerēcia ſuſci=
pit cor9 xp̄i· Vn̄ glo· ſup dicto verbo·d· Verbum ideſt p̄dicacō q̄ pl'eſ
cōuertit et plus facit ꝯpungi hoīeʒ ita vt oīa peccata per eaʒ tollant̄
ſʒ p corp9 xp̄i tollunt̄ tm̄ venialia·vt de ꝯſe·di·ii·c·iteratur ¶ Tercio
pam que radix eſt omniū paſſionū quas patimur in hac vita. Dauid
inſup maledixit montibꝫ gelboe ad explicandā cedē que in eis facta
fuerat. ꝑpterea dicebat cū fletu et lacrimis. Montes gelboe nec ros
nec pluuia veniat ſup nos in quibꝫ ceciderūt incliti iſrl' ſaul et iona-
thas amabiles et decori aquil' velociores leonibus forciores. Filie iſrl'
ſuꝑ ſaul flete. Et ego doleo ſup te frater mi ionatha. quare nō eſt tra-
hendum in ꝯſequenciā vt vnuſquiſq̄ꝫ ꝑ ſuo libitu facturis irraciona
bilibus maledicat.

¶ Qđ homo nō debet maledicere creaturis intellectualibꝫ. ſcꝫ creatu-
re infernali creature terreſtri et celeſti. ¶ Capitulū. ii.

Secūda maledictio eſt creature intellectual' que adhuc triplex
eſt. Prima eſt creatura intellectual' infernalis qui ē dyabolꝰ
cui inquantū creatura dei eſt nō licet maledicere. vn̄ in ep̄la
iude. Cum altercaret̄ michael cū dyabolo de corpe moyſi nō fuit au-
ſus in eum iudiciū inferre blaſphemie. Altercacio autem illa vt dicit
glo. erat q: dyabolꝰ volebat inuenire corpus moyſi qđ poſt mortē vt
habet̄ deutro. deo volente vbi ſit ignorat̄. et dyabolꝰ volebat vt ſcire
tur vt ſic traheret populū ad ydolatriā. Sed angelus ꝓhibebat et tn̄
cū dyabolo ꝯtendens nolebat blaſphemare eū. Idcirco hieroꝰ. xxiiii.
q. iii. c. ſi igit̄ ait. Si igit̄ michael nō fuit auſus dyabolo et certe ma-
ledictionis digniſſimo iudiciū inferre blaſphemie. quātomagis nos
ab omni maledicto puri eſſe debemꝰ. Merebat̄ dyabolus maledictū
ſed per os archangeli blaſphemia exire nō debuit. Secunda creatu-
ra intellectualis dici poteſt terreſtris ſcꝫ homo cui pōt quis triplici-
ter maledicere. Primo ex ꝯformacione dei et amore iuſticie. Et de hac

dicit̄·xxiiii·q·iii·c·cum ſancti viri·Cū̄ ſancti viri maledictionis ſen
tenciā pferunt nō in hanc ex voto vlcionis ſcꝫ ex iuſtie amore prorum
punt·Sic geñ·ix·dixit noe·Maledict9 chā ſit ſeru9 fratrū ſuoꝝ·Sic
act̄·viii·petr9 maledixit ſymoni·d· Pecunia tua tecū ſit in pdicione
Secūdo pōt quis homi maledicere ex quadā leuitate vel ſubrepcione
ſicut ſolent multi facere licet ocioſe et beſtial̄r qui neſciūt loqui cum
ſocio ſine maledictione·d·ſis ſuſpenſus per gulas·naſcat̄ tibi vermis
canis et ſilia·Tercio pōt quis homi maledicere ex liuore odio et aīo
malo·et hoc cū ſit ɔtra caritatē peccatū eſt mortale·Tercia creatura
intellectual̄ dicit̄ celeſtialis cui nullo pacto maledicere licꝫ· Sed heu
quid referam· Nam tāta eſt corruptela xp̄ianoꝝ vt p nichilo ducāt
blaſphemare ſanctos et glorioſam virginē mariā· Et ſicut hi qui bo
ni ſunt deuociorem hñt ad virginē et vltra illum ſuū patronū et ad
uocatū fecerunt ſanctū anthoniū· Aliqui ſanctū frāciſcū·aliq̄ ſanctū
nicolaum·aliqui ſanctā katherinam et huiōi· ita peſſimi et maligni
blaſphematores blaſphemāt virginem beatā et p ſua mala deuocōne
Aliqui ſanctū anthoniū·aliqui franciſcum·clarā ⁊ huiōi·O ingratiſ
ſimi peccatores·O furētes animi· O veneноſa et amariſſima lingua·
O denicꝫ pditiſſimi hoīes· Et quid mali fecere vobis ſancti· In quo
nocuerūt vobis·An nō aſſidue p vr̄a ſalute intercedūt ad dn̄m Non
ne et virgo illa piiſſima mater gr̄e fons mīe p vobis indefeſſa eſt ad
uocata·Quid ergo blaſphematis illā et reliquos ſanctos· Sed reue=
ra ſi ſeruaret̄ illud qd̄ dicit in·c·ſtatuim9 ex̄ de maleficē·ſ·q̄ publice
blaſphemātes deū vl̄ virginē ſanctiſſimā vel aliquē ſanctoꝝ publica
pnia p·vii·ebdomadas punirent̄ in quaꝝ ſcꝫ q̄libet·vi·feria in pane
et aqua ieiunarēt facerētq̄ꝫ alia que ɔtinent̄ ibi pfecto nō ita de leui
prorumperent in blaſphemias·et licꝫ penitēcie ſint arbitrarie vt tactū
eſt in p̄cedentibus tñ laudo vt hi qui audiunt ɔfeſſiones ipſos blaſ=
phemos nō ita de leui abſoluant q2 facilitas venie tribuit incentiuū
delinquēdi·ppterea arguent illos aſpe increpēt dure et pniam iniun=
gant ſalutiferā et fructuoſaꝫ Quiſnā non videt q̄nta diligencia opus
ſit ad blaſphemos et maledicos emendādos·Difficile eſt vtiq̄ꝫ malā
ɔſuetudinē derelinquere·O vere mala ɔſuetudo qua hoīes xp̄iani in
iuriant̄ deo et ſanctis ei9·In hac ſoli xp̄iani demerſi ſunt qm̄ nō eſt
aliqua nacio neq̄ꝫ iudeoꝝ neq̄ꝫ gentiliū et paganoꝝ in qua tot ſint
blaſphemie et maledictiones ſicut in populo xp̄iano·

Quod peccatū maledictionis et blaſphemie dei eſt graue· tum rōne
abhoīacionis·tum rōe ſupacionis·tū eciā rōne ɔtrariacionis·Ca·iiii·

Tercia maledictio eſt nature diuinalis·cum ſcꝫ q̄s de deo male
loquit̄ ɔuicia et ɔtumelias maieſtati ſue inferēdo· et de hoc
dicit rich·de ſan·vic·Sceleratiſſimū gen9 peccati ē qñ q̄s in
dei vituperio delectat̄·Et glo·ſup illo verbo pſa·xviii·c·Ad pplum ter
ribilē ⁊c̄·Om̄e peccatū blaſphemie ɔpatū leui9 eſt·Et iteꝝ ibi nihil
ē horribili9 blaſphemia q̄ ponit os ſuū in celū· q̄ntū vero graue ſit

peccatū maledictōis et blaſpheie colligi pōt ex triplici rōne·Prima dr abhoiacionis·Scda ſupacōnis·Tercia ɔtrariacōnis· Prima dicit̃ rō abhoiacois·In veteri ſiquidē teſtō abhoiabant̃ pr̄es antiq̄ vſqȝ adeo peccatū blaſphemie ꝙ ex mādato dei de blaſphemia ɔuictū lapidabant·Vñ leuit̃·xxiiii·dixit dñs· Educ blaſphemū ex̄ caſtra et ponāt oēs qui audierūt man9 ſuas ſup caput ei9 et lapidet eum oīs ꝑplus Inſup priores illi pr̄es audire deteſtabant̃ eos q̄ blaſphemabāt · Iō act̃·ix·A bitrātes licȝ falſo ſtephm blaſphemare cū dixit· Video celos aptos ⁊c̄ Continuerūt aures ſuas ne ſcȝ ſcdm glo·audirent blaſphemantē·et nō ſolū audire ſed eciā noiare nō audebāt vocabulū maledictionis·Vñ cum accuſarēt naboth vt habet̃·iii·regū·xxii· Benedixit deo et regi ideſt maledixit· Et iob vt habet̃ eiuſdē·i· Offerebat holocauſta ꝑ filiis ſuis· Dicebat em̄·ne forte peccauerint filii mei et bñdixerint deo ideſt maledixerit·Similiter et tp̄ibus his abhoiabilis eſt blaſphemia apud īfideles·nā quicunqȝ blaſphemarȝ deū in terris turchoꝝ aut ſarracenoꝝ grauiter puniret̃·Ob qd aut nunq̄ aut ſatis raro ſenciunt̃ ibi verba blaſphemie et maledictōis·O xp̄iani principes·O poteſtates ſeculares· O cuiuſlibet rei publice pr̄es curate et vos legibȝ honeſtis punire blaſphemos ne deteriores īfidelibȝ habeamini· Scda racio oñdens grauitatē maledictōis et blaſpheie dei dr ſupacionis·Supat em̄ tria peccata grauiſſima et execrāda·Primū eſt peccatū paganoꝝ ſeu infideliū q2 vt ait tho·ii·ſcde·q·xiii· Infidelis ea de deo dicit et loquit̃ que licȝ falſa ſint tñ credit eſſe vera·Xp̄ian9 vero blaſphemās loquit̃ cōtra veritatē quā credit· Scdm eſt peccatū homicidaꝝ·vt em̄ dicit tho·ibidē q̄ntū ad nocumētū mai9 peccatū ē homicidiū q̄ blaſphemia eo ꝙ magis nocet homicida hoi interfecto q̄ blaſphem9 deo blaſphemato·Sed q̄ntū ad obiectū maius peccatū eſt blaſphemia q̄ homicidiū q2 hoicida licȝ interficiēdo hoiem offendat deū tñ principalr̃ intēdit offendere hoiem·Sed blaſphem9 et maledicus intendit principalr̃ et directe offendere ip̄m deū· Terciū eſt peccatū iudeoꝝ crucifigenciū xp̄m·vñ aug9·ait·Magis peccāt blaſphemantes deū triumphantē in celis q̄ qui crucifixerūt eum ambulantē in terris·Rō hui9 eſt ſcdm alex·in·ii·ſum·tum q2 iudei nō cognouerūt ip̄m eſſe deū·vñ apl̄us ait· Si cognouiſſent nunq̄ deū gl̄ie crucifixiſſent·Sed qui deū blaſphemāt ɔgnoſcūt illū eſſe deū·tū eciā q2 iudei nō ꝑmiſerūt ei fidē in baptiſmo ſicut xp̄iani·tum q2 fit maior iniuria rōne maioris ſtat9· Tercia rō oñdens grauitatē peccati maledictōis et blaſphemie dicit̃ ɔtrariacōis Contrariat̃ nanqȝ blaſphemia et maledictio dei·Primo nature·ſcdo ſcripture·tercio creature·Primomō ɔtrariat̃ nature que dictat benefactorē ſuū eſſe cognoſcendum·nam et ſuomō hoc faciūt aues celi et piſces maris et beſtie terre quātomagis ad id obligat̃ homo rōnalis et tamē inter omnia bñficia que magna et multa ſunt a bono deo·homi collata beneficiū lingue ē vnū ſinglare ꝑſtantiſſimū et egregiū·O blaſphator ingrate

O feralis mēs·O ipudica lingua·Cur nō ſolū deo tuo gr̄as nō agis
ſed ꝙ peiꝰ eſt illū crudelr̄ maledicis·Cur nō ſolū bn̄factori tuo lau-
des ipendis ſꝫ illū pociꝰ turpiť vilipēdis· Cur tm̄ bn̄factorē nō ſolū
nō recognoſcis·ſed pociꝰ ita inhoneſte blaſphas·Dedit tibi ipe ling
uam vt tu cū illa laudares eū et bn̄diceres nomē ſanctū eius·ſecūdo
blaſphia ꝯtrariať ſcripture·Jpa vtiqꝫ admonꝫ et hortať nos vt bn̄di
camus deū·vn̄ tobie·iiii·c·ſcribit·omni tpe bn̄dic deū·Et ecc̄·xxxix·
Bn̄dicite dn̄m in oibus opibus ſuis·Et dauid pſal·xv·Bn̄dicaꝫ dn̄m
q tribuit michi intellectū·Et pſal·xxxiii·Bn̄dicam·d·in·o·t·ſ·l·e·⁊c̄·
Et pſal·cxliiii·Per ſinglos dies·b·t·et·l·n·t·⁊c̄·Et ro·xii·Bn̄dicite ⁊
nolite maledicere·Tercio blaſphia ꝯtrariať creature·omnis em̄ crea-
tura laudat et bn̄dicit deū·Vn̄ augꝰ·in ſermōe viiꝰ martiris inquit
Oia quecūqꝫ fecit deꝰ laudāt deū·Audiſtis in bn̄dictionibꝫ et audi-
ſtis in omi ſollēnitate qn̄ leguntꝰ qm̄ oia laudāt deū celeſtia et terre
ſtria angeli hoies luminaria celi arbores terre flumina maria quicqd
deꝰ creauit ſiue in celo ſiue in terra ſiue in mari laudat deū·hec ille
et ſancta mr̄ ecclia i matutis cantat hymnū triū pueroꝝ in camio
ignis oēs creaturas iuitanciū ad laudes ⁊ bn̄dictionē dei·Quid rn̄de
tis igiť o blaſphemi ad voces oim creaturaꝝ·angeli celi laudant et
dicūt clamātes·bn̄dictꝰ deꝰ·Sol luna ſtelle et omia celeſtia corpa di
cunt bn̄dictus deꝰ·Terra aq̄ aer ignis et cuncta q̄ in eis ſunt dicūt
bn̄dictꝰ deꝰ·Boni et recti viri dicūt bn̄dictus deꝰ·Et vos ꝯtra mo-
rem oim aliaꝝ reꝝ maledicitis niſi forte dixeritis ꝙ exemplū ſumi-
tis ab his q̄ ſunt dānati in iferno de quibꝫ dicitꝰ apcc̄·xvi·Blaſphe-
mauerūt deū celi p̄ doloribꝫ et vulneribꝫ ſuis·O ergo ifernales hoies
O blaſphemi diabolici·q̄ nō niſi cū dānatis blaſphando et maledicē
do ꝯformatis et ꝯcordatis·Jdcirco apparet ꝙ graue ſit peccatū vr̄m
ꝓpterea clamabat yſa·i·c·Ve genti peccatrici poplo graui iniqtatis
ſemi neqꝫ filiis ſceleratis·blaſphauerūt deū iſrľ abalienati ſunt retror
ſum·et merito ꝓpha cōicať blaſphantibus et maledicētibus qꝛ ꝓpter
blaſphemias et maledictōes indignatꝰ deus ecīa in pn̄ti ſeculo blaſ-
phematores flagellat et extermiat·Et de hoc ē exēplū·iiii·regū·xix·
de ſenacherib ob cuiꝰ blaſphemiā angelꝰ vna nocte exercitū illiꝰ ag
grediens·c·lxxxv·millia hoim interemit ipſo tamē ſenacherib a pro
priis filiis interēpto·Refert inſup greg·in·iiii·dial·li·ꝙ rome puer
quinqꝫ annoꝝ blaſphemꝰ in brachiis patris exn̄s iuſto iudicio dei
a diabolo ſuffocatꝰ eſt ꝓpter hoc peccatū eciā deus mittit peſtilēcias
famē et guerras vt dicit·xxxii·q·vii·c·Flagicia in glo·et in auc̄ta·vt
nō luxurientꝰ ꝯtra naturā·et vt ego vidi diebꝫ meis italia ſepius fla-
gellata eſt multis tribulacionibꝫ et peſtilēciis puto ꝓpter fetorē ſodo
mie et ipietatē blaſphie·nā licet multa ſint alia peccata q̄ cōmittuntꝰ
hec tn̄ duo ꝯtamiauere q̄ſi oēm carnē·et vt de blaſphia dicā nō ſunt
ab ea mūdi et puri diti nō ciues nō ruſtici nō agricole nō artifices n̄
viri nō mulieres et qd auditui horribile ē nō ſacerdotes nō religioſi

Ex omni nanqꝫ ſtatu grādis multitudo extat que loquitᷓ verba blaſ-
phemie·O italia tanto vicio depꝛauata·O populi tanto ſcelere detut
pati·timeo ne deſeuiat ꝯtra nos furoꝛ dei· Coꝛrigat igitᷓ vnuſquiſqꝫ
ſeipm̄ et refrenet linguā ſuā omneſqꝫ pariter laudemꝰ et bn̄dicamus
dn̄m qui bn̄dictus eſt et laudabilis ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula·Amen

Feria ſecunda quinte ebdomade de peccato inuidie qua laboꝛabāt
pħei contra xp̄m ih̄um· Sermo·lvi·

Miſerunt pꝛicipes et pħei miniſtros vt appꝛehenderēt ih̄m
Scribuntur hec verba Joh̄·vii·c· et in euāgelio hodierno
Cōmouebantᷓ pħei et ſcribe contra piiſſimū ih̄m ex liuoꝛe
et inuidia qꝛ non poterāt ſufferre vt alicui maioꝛ honoꝛ
exhiberetᷓ ꝙ ipſis·Et ꝓpterea nō eſt mirandū ſi ita ſeueri fuerūt con
tra innocentiſſimū filiū virginis·Jdeo gilbertꝰ poꝛ·ait· Jta obliquat
inuidia vt rectū natura nō videat·Et ſen̄·ad lucillū·Perit om̄e iudi-
cium cum res in affectu tranſit· hoc aūt viciū ſatis infeſtat miſeros
moꝛtales adeo vt vix poſſit aliq̄s imo nullus euadere laqueos inui-
doꝝ· Jdcirco in p̄n̄ti ſermone de inuidia erimus dicturi de qua tria
miſteria ꝓponimus pꝛincipaliter declaranda·

Pꝛimū dicitᷓ diffinicō· Qualitᷓ diffinitᷓ a doctoꝛibꝫ q̄d ſit inuidia et
Scd̄m offenſio· ꝙ dolor ex alterꝰ bono pōt ꝓuenire ex ti-
Tercium condicio· moꝛe ex defectu et ex malignitate · Ca·i·

Pꝛimū miſteriū declarandū de inuidia dicitᷓ diffinicio in quo
videndū eſt q̄d ſit inuidia·Et ioh̄ dam̄·li·ii·ſuaꝝ ſn̄iaꝝ ait·
Jnuidia eſt triſticia de alienis bonis· Pro cuiꝰ declaracione
notandū ſcd̄m alex·ii·volumie ſum· et tho·ii·ſcd̄e·q·xxxvii·ꝙ doloꝛ
de alterius bono pōt tripliciter ꝓuenire·Pꝛimo ex timoꝛe ꝓpꝛio cum
quis dolet de bono alicuiꝰ qꝛ veriſimiliᷓ timet ſibi vel aliis nocumē-
tum inferri·Et hunc doloꝛē ariſ·in·ii·retho·dicit non eſſe inuidiā ſed
effectū timoꝛis·de quo grego·li·xxii·moꝛ·ita ait· Euenire plerumqꝫ
ſolet vt nō amiſſa caritate et inimici nos ruina letificet et rurſus eiꝰ
bonū ſine inuidie culpa ꝯtriſtet·cum ruēte eo quoſdā bene erigi cre-
dimus et ꝓficiente illo quoſdā iniuſte oppꝛimi foꝛmidamꝰ·Raciona-
biliter nanqꝫ vnuſquiſqꝫ magis diligere debet ſeipm̄ ꝙ alios et cōe
bonū et multoꝝ ꝙ ꝑticulare vel vniꝰ·Sic letabantᷓ de malo pharao
nis filii iſrᷓ qui exo·xv·dicebāt· Cantemꝰ dn̄o glorioſe enī honorifi-
catus eſt equū et aſſeſſorē piecit in mare·et dum erāt in captiuitate
in manu eiꝰ dolebant de ꝓſperitate illiꝰ·Jdipm̄ fecerūt de ꝓſperitate
et aduerſitate holofernis alioꝛūqꝫ qui populū dei vexare p̄ſumſerūt
Scd̄o pōt ꝓuenire doloꝛ de alterꝰ bono ex defectu cū ſcꝫ quis dolet
nō ꝙ pximꝰ bonū illud habeat ſed qꝛ ſibi illud deficit· et ſi q̄s dolet
ex defectu boni qđ non eſt vere bonū male agit ſic dolendo vt ſi q̄s
doleat qꝛ non foꝛnicatᷓ ſicut multi faciūt et ſimilia·Si vero doleat qꝛ
non habet qđ eſt vere bonū et honeſtū recte agit et cum doloꝛ talis
circa honeſta verſatur ſecundū ariſ·iii·retho·vocatᷓ zelus de hoc dice-

bat paulus·ii·cor·xiiii·c·Emulem in ſpūalia· Et hiero9·ad letham·
de inſtōe filie· habeat ſocias cū quibꝫ addiſcat quibꝫ inuideat quaꝝ
laudibꝫ moderat᷑· Tercio pōt puenire dolor de alterius bono ex ma=
lignitate et iniq̄tate qn̄ diſplicꝫ multis abſqꝫ ipſoꝝ cōmodo vel incō
modo ꝙ alii habeant bonū·Et hoc vt plurimū euenire ſolet ex inani
gloria·Vn̄ greg·xi·mor·ait· Prima nanqꝫ ſoboles inanis glie eſt q̄
dum oppſſam mentē corrūpit inuidiā mox gignit q2 dum vani nois
potenciā appetit ne q̄s hanc alius adipiſci valeat tabeſcit·Et ex hoc
eſt ꝙ inuidia ſolet eſſe inter pares q2 vnuſquiſqꝫ appetit alios in glia
ſcd̄m ſuū ſtatū aut gradū ſupare·Vn̄ nunq̄ ruſtic9 aut agricola in=
uidebit doctori de ſciēcia nec mulier inuidebit militi de ſtrenuitate
vel fortitudie nec mercator aut ciuis religioſo de fama ſanctitatis et
ſic de aliis· Sed vnuſquiſqꝫ inuidet alteri de his bonis que vel ipſe
hꝫ vel habere intēdit·Et tn̄ ſi hoc fiat aio deliberato cū ſit ꝯtra cari
tatē peccatū eſt mortale· Caritas inq̄t apl's·i·cor·xiii·c·nō emulat᷑·
¶ Qd maligna beſtia inuidie ſemp offendit virtuoſos et ſanctos vi
ros vt ex multis patet exemplis· ¶ Capitulū·ii·

Secundū miſterium declarandū de inuidia dicit᷑ offenſio·hec
enī beſtia maligna offendit ſemp virtuoſos et ſc̄tos viros
Vn̄ valeri9·li·iiii·de amore et dilectione ait·Nulla tā mo=
deſta facilitas eſt que maligitatis dētes vitare poſſit·Et ſen̄·de ꝯſo=
latione ad paulinū·Inimica eſt ſp alienis pſectibus inuidia·Et oui·
primo de remedio amoris· Sūma petit liuor pflant altiſſima venti·
Sūma petūt dextera flumia miſſa iouis·Et oraci9·Sepi9 ventis agi
tatur ingēs pin9 et celſe grauiore caſu decidūt turres·feriuntqꝫ ſum
mos fulgura mōtes·Et hiero9·in epitaphio ſancte paule·Semp vir
tutes pſequit᷑ inuidia·Feriuntqꝫ ſūmos fulgura mōtes·Etenī omnes
ſancti emulos habuerūt· In padiſo quoqꝫ ſerpens fuit cui9 inuidia
mors itrauit in orbē terraꝝ·Ipſe quoqꝫ dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s zelo eſt cru=
cifix9·hec ille·Hec eſt enī illa inuidia de q̄ dicit᷑ ſap·ii·qd in auc̄tate
hier·eſt iam dictū ꝙ ſcꝫ p illā mors intrauit in mundū Hec eſt illa
fera peſſima ꝓpter quā fr̄es ioſeph eū interficere tēptauerūt·et tandē
vendiderūt hiſmahelitis dicētes patri· ꝙ fera peſſima deuoraſſet eū
Hec eſt ꝓpter q̄ ſaul odio graui cōmotus fuit contra dauid tēptās
ſepius illū pimere qd et feciſſet niſi ionathas p̄monuiſſet eum vt la
tetur·i·reꝝ·xviii·Inuidebat aūt ei ſaul q2 poſt interfectū goliath et
debellatos philiſteos ad eū puelle cantabāt·ſaul pcuſſit mille et da=
uid decem milia·Quid dicā de antiquis romanis qui toto orbe cla=
riſſimi et ſue rei publice zelatores fuere p̄cipui·Nonne inuidie mor=
ſibus laniati extitere·Patet hoc in furio camillo de quo ſcribit horo
ſius et tituſliui9·ꝙ cum roman9 exercitus p·x·ꝯtinuos annos mag
nas clades accepiſſet creat9 dictator cum capanetibꝫ et faliſcis maxi
ma cum pſperitate ꝯflixit et victis duobus popul' predam inter mi
lites ptitus eſt· Deinde veienciū ciuitatem obſedit quā tandem cepi

Iſta victoria fuit cum tanta glia romanoꝝ· ꝙ dictator ſublatis ad
celū manibꝫ pcatus eſt ꝙ ſi cui deoꝝ romana felicitas nimia videret
ei9 inuidia ſub aliquo ſuo icōmodo ſauciaret atqꝫ iter pces ſubito
lapſu decidit·qd omen ſcdm valeriū ad ſui damnacionē ꝙ poſtea pſ
ſus eſt ptinuiſſe tradit·Nam poſt qui ad vrbē triumphās rediit tri-
buni multiqꝫ ciues camilli virtute emuli diffamabāt gloriā eius cō-
tendentes hoſtilē predam non equo iure fuiſſe diuiſaz·Et iſta pendē
te inuidia faliſcoꝝ ciuitatē romano ſubegit impio·Poſt quod A·L·
Apulegio tribuno plebis accinct9 propter inequā Veiencium prede
diſtribucionē intercurrente illis diebus adoleſcentis ſui filii morte vt
hinc publico et inde priuato cruciaret icōmodo in exiliū pellit dam
natus·xv·millibꝫ eris·Camill9 vero ab vrbe diſcedēs humiliter deos
pcatus eſt vt ſi hoc iniuſte pateret quamprimū ſe ciuibus et ingrate
patrie neceſſariū fieri vellent· Qd ſubſecutū eſt· Nam galli ſenones
obſeſſam vrbē preter capitoliū cepere·Quare miſſuz eſt ad camillum
p auxilio qui mox veniens ingratā patriā ab hoſtibꝫ liberauit vt di
cit aug9·li·v·de ci·dei·c·xviii·de cipione inſup africano dicit valeri9
maxi·ꝙ cum poſt plurimos triūphos vocaret ad reddendū computū
de pecunie quantitate tanꝙ indignatus tale fert dediſſe reſponſum·
Cum frater meus totā vobis ſubiugauit aſiam et ego totā africam
nec opes aſiane fratrē meū nec africane me diuitē fecerunt ſed inui-
dia fecit vtrūqꝫ glorioſum·Et vt ſcribit liui9· Tanta fuit inuidia ci-
uium ꝯtra ſcipionē ꝙ cum accuſaret a tribunis plebis niſi aliud ad
obiecta reſpōdit ſed dixit·O quirites hoc die vici carthaginē magna
ſperantē et accipe leges noſtras iuſſi·Recordor enī hunc diē anniuer
ſarium illū eſſe quo ante aliquot annos vici hanibalē·Et vt ſcribit va
lerius de fiducia ſuā laureā ſuā capiti ſuo impoſuit et ſubiūxit·Equū
eſt diē hunc litibꝫ et iniuriis ſemp immunē eſſe·Me ergo in capito
lium ad iouē optimū et mineruā ceteroſqꝫ deos qui capitolio ⁊ arci
pſident ꝯferam ſalutandos eo ꝙ in die iſto et ſepe ac feliciter pro re
publica dimicaui·Voſqꝫ oēs hortor venire mecū orareqꝫ deos vt vo
bis mei ſimiles duces omi tpe largiant·His dictis et ſenatū totū et
vniuerſuz equeſtrē ordinē et cūctā plebē comitē habuit·de eo ꝙ pau
ciſſimi cum tribunis remanſerūt·qui tandē vt inquit valeri9 dolore
anxii atqꝫ inuidia tabeſcētes et pudore obruti ſe turbis immiſcuere et
cum ceteris pſecuti ſunt reū·Scipio aūt non modo capitoliū ſed per
totā vrbē oia deoꝝ templa cum populo romano circuiuit nō minore
honore reus triūphans de inuidiis ꝙ victor olim triūphauit de ho-
ſtibus·Et cum videret neceſſe eſſe aut ſuccumbere emulis aut vlciſci
neutꝝ expiri decreuit ſed poci9 voluntariū ſibi elegit exiliū abiitqꝫ
linternū ſuā villulā aſperā ſolitariā ⁊ icultā haud pcul a cumis ciui
tate campanie·O igit inuidia rapaciſſima·O virtutū emula·O peſti
lentiſſima omniū virtuoſoꝝ inimica · Ex dictis vtiqꝫ claꝝ eſt qliter
ipa virtuoſis et ſanctis quietem aut pacē habere nec ſinit nec patit·

De triplici mala ꝯdicione inuidie ſcʒ ꝓpria flagellacõe caritatiua oppoſicione et dyabolica aſſimilacione. Capitulũ. iii.

Terciũ miſteriũ declarandũ de iuidia dicit̃ ꝯdicio. ē vtiqȝ triplex mala cõdicio ꝓpter quã inuidia eſt abhoianda. Prima dicit̃ ꝓpria flagellacõ. Scd̃a caritatiua oppoſicõ. Tercia diabolica aſſimilacio. Prima mala ꝯdicio inuidie dicit̃ ꝓpria flagellacio. Eſt vtiqȝ officiũ eius flagellare et affligere ꝓpriũ ſubiectũ. ꝓpterea yſidorꝰ in li. differenciaꝝ ait. inuidꝰ animo medullitꝰ eſtuans a ſemetipſo liuoris ꝓprii ſemꝑ exigit penas. Et hieroꝰ ad aſellã de fictis amicis exclamat dicens. O inuidia primũ tui mordax. Et ſocrates dicebat. Vtinã inuidi in omnibꝫ ciuitatibus oculos et aures haberẽt vt de oibus ꝓfectibus torquerent̃. Quot eñ ſunt hominũ feliciũ gaudia tot ſunt inuidoꝝ gemitus. Et oraciꝰ. Inuidia ſiculi non inuenire tyranni. maiꝰ tormentũ. Secũda mala ꝯdicio inuidie dicit̃ caritatiua oppoſicio. Opponit̃ ſiquidẽ caritati primi. Illam tamẽ caritatẽ docent nos ſancti et ipſe ſanctus ſanctoꝝ xp̃us ih̃us. Vñ paulus. i. cor. xiiii. ait. Sectamini caritatẽ. Et. xvi. c. ait. Omnia opa veſtra fiãt in caritate. Et ephe. iii. c. In caritate radicati et fundati. Et. iiii. c. In caritate reſiſtimus. et. v. c. Eſtote imitatores dei ſicut filii cariſſimi et ambulate in dilectione ſicut et xp̃s dilexit nos. Et ad colo. iii. c. Sup omnia caritatẽ habentes. Et ioh. i. cano. iii. c. Qui nõ diligit fratrem ſuũ in tenebris manet. Et xp̃s ih̃us ioh. xiiii. Mandatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ. Et. xiii. c. In hoc cognoſcẽt homies quia mei diſcipuli eſtis ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Aduertẽter igit̃ ſpirituales conſiderẽt hi qui p penitenciã ſe affligunt. cogitent religioſi qui ſeculũ derelinquũt vt deo ſeruiant quantũ malũ ſit inuidia que cum caritate ſtare non põt. Ipſa equidẽ ſola venenũ eſt cuiuſcũqȝ alterius boni. quia vt inquit augꝰ. ſup ioh. dilectio ſola diſcernit inter filios dei et filios diaboli. Signent ſe oẽs ſigno crucis baptizent̃ oẽs cantent all'a intrent eccleſias ipleant parietes baſilicaꝝ nõ diſcernunt̃ filii dei a filiis diaboli niſi caritate. Magnũ indiciũ magna diſcrecõ. Quicq̃d vis habeas ſi nõ habes caritatẽ nihil habes. Alias virtutes ſi non habes hanc habe et legẽ impleſti. hec augꝰ. Tercia mala condicio inuidie dicit̃ diabolica aſſimilacõ. Ipſa ſiquidẽ aſſimilat homines malignis ſpiritibus. Nam quid aliud eſt alteriꝰ inuidere felicitati quã diaboli officiũ exercere. Iõ xp̃s inuidis phariſeis Ioh. viii. c. ait. Vos ex patre diabolo eſtis. Nos vero curemꝰ eſſe filii dei oẽm inuidiã a cordibus noſtris expellentes vt ſic valeamus in hoc ſeculo acquirere dei graciã et in futuro ſempiternã gloriã in qua viuit et regnat ipſe benedictꝰ deus p infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Feria tercia q̃nte ebdomade in q̃dragesima de peccato detractõis a quo abſtinere dñt qui verã penitenciam deoqȝ acceptã agere volunt. Sermo. lvii.

Quidã eniȝ dicebant quia bonus eſt alii autem nõ ſed ſeducit turbas. Scribuntur hec verba Ioh.

vii·c·et in euãgelio hodierno·Loquit̃ vnuſquiſq̃ de altero ſcd̃m ꝙ ei afficit̃·ita ꝙ qui diligit nõ ſaturat̃ laudibus·qui vero inuidet aut odit libenter detrahit et vituperat·ꝓpterea phei inuidentes xp̃o ſequaceſq̃ ſui cauſa detractionũ morſibꝫ lacerabãt· Nec potuit piiſſimus ihus vitare oblocutoꝝ dentes quinimo vt ptꝫ in hodierno euãgelio publice a multis accuſatꝰ eſt et noiatus peccator et malus·Iſta nãq̃ ſolet eſſe peſſima inuidoꝝ ↄdicio vt oia in malã ptem interpretent̃ ꝛ trahant ac de oibus male dicant·Venit inq̃t xp̃s Luc̃·vii·Joh·bap· nõ manducans neq̃ bibẽs et dicunt demoniũ habet·Venit filius hominis manducãs et bibens et dicũt potator vini ẽ·Cum vero detractio apud q̃plures minimũ peccatũ eẽ reputet̃· Jõ in h ſermõe de ipa aliq̃d diſſeramꝰ oñdentes q̃ntũ expediat penitentibꝫ a tali vicio penitus abſtinere de quo tria miſteria principalia erũt declaranda·

Primũ dicit̃ malignacio· ¶ Quã maligna ſit detractio·tũ reſpectu
Scd̃m modificacio· ↄtrarietatis· tũ reſpectu generalitatis·
Terciũ offenſio· tum eciã reſpectu crudelitatis ¶ Ca·i·

Primũ miſteriũ declarand̃ de detractiõe dicit̃ malignacõ·Eſt ſiquidẽ peccatũ hoc ſatis malignũ et graue triplici rõe·Primo rõne ↄtrarietatis·Scd̃o rõne generalitatis·Tercio rõne crudelitatis· ¶ Primo rõne ↄtrarietatis·Contrariat̃ ſiquidẽ fame que vt inq̃t alex·in·ii·ſum·p̃cioſiſſima eſt oim bonoꝝ tpaliũ·Et hoc expreſſiꝰ dixit ſapiẽs puer·xxi· Meliꝰ eſt nomẽ bonũ ꝙ diuicie multe Et eccl̃·xli·Curã habe de bono noie·Et augꝰ ad pſuadebat·xii·q·i in c·nolo·d·Qui fidens cõſciencie famam ſuã negligit crudelis eſt· Eſt ergo fama p̃cioſa corona oim hominũ ſiue maioꝝ ſiue minoꝝ ſiue dominoꝝ ſiue ciuiũ ſiue p̄latoꝝ ſiue ſubditoꝝ ſiue ſecularıũ ſiue religioſoꝝ ſiue viroꝝ ſiue mulieꝝ fama itaq̃ gradꝰ omẽs nitore ſuo venuſtat atq̃ decorat· Cum ergo detractio hanc impugnet nõ debet peccatũ leue cenſeri· ꝓpterea ab alex·ſic diffinit̃· Detractio eſt aliene fame p occulta verba denigracio·Notandũ tamẽ ꝙ diñia eſt inter cõtumeliã ↄuiciũ improperiũ ſuſurracionẽ et detractionẽ·Contumelia ſcd̃m tho·ii·ii·q·lxxii·Eſt exp̃ſſio defectus alteriꝰ corã eo p verba ad ipſum dehonorandũ· Et ſi fiat animo corrigẽdi nullũ eſt peccatũ qꝛ eciã et ſancti hoc fecerunt·Vnde luc̃·xxiiii·xp̃s dixit diſcipulis euntibus in emaus· O ſtulti et tardi corde ad credendũ ꝛc̃·et Math·xv· dixit phẽis·Hypocrite bene ꝓphauit de vobis·yſa·et paulus gal̃·iii· O inſenſati galathe quis vos faſcinauit Si vero contumelia fiat animo ſolaciandi aut nullum peccatuꝫ aut veniale eſt dummodo fiat diſcrete qꝛ ludus noxius eſt in culpa·ii·q·vii·c·q̃lis·Si aũt contumelia fiat animo iniuriandi qꝛ contra caritatem ẽ pctm̃ eſt mortale·Ex h·Math·v·xp̃s dixit· Qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehenne ignis·Eſt ergo ↄtumelia cum refertur defectꝰ culpe ſiue defectꝰ ille ſit ſcd̃m veritatem ſiue non in vituꝑiũ alicuius· Conuicium ẽ cuꝫ refertur defectus nature vel pene·vt qui diceret ceco·O cece et ſurdo·O

ſurde et claudo O claude animo innunciandi· Et ſic·i·regū·i·ffenenna
que multos habebat filios amiſit illos qꝛ improꝑabat anne que ſte-
rilis erat· Improperiū eciā eſt cum refert alicui beneficiū ſibi collatū
ad ipm ꝯfundendū· Et de hoc ſapiēs eccl'·xli·ait· Cum dederis ne im-
properes ſed imiteris deū· Et·xx·c· Datū inſipientis nō erit tibi vtile
nam oculi eiꝰ ſeptemplices ſunt· Exigua dabit multa improꝑabit· Jd
circo ſeneca·li·ii·de bñficiis ait· Qui dedit beneficiū taceat narret. qui
accepit· Iſta tñ quādoqꝫ ſumunꝰ vnū ꝑ alio· Suſurracio eſt cum re-
fertur malū de alio in eius abſencia vt ponaꝰ in diſcordia cū ꝓximis
ſuis· Et de hac plene dictū eſt in ſermōe de diſcordia· Detractō vero
eſt cum diciꝰ malū de alio in abſñcia eius vt ſua fama denigret· Et vt
inquit tho·ii·ii·q·lxxiii· Suſurracio et detractio ꝯueniūt in materia
et forma· Sed dr̄nt in fine qꝛ materia tam ſuſurracionis ꝙ detractio-
nis eſt malū ꝓximi· Forma vero eſt dicere illud in abſñcia eius· Sed
finis ſuſurracionis eſt diſcordia· Finis vero detractionis eſt infamia
O quot docti ꝓpter detractiones creduntꝰ indocti· Quot virgines cre
duntur corrupte· Quot vidue continentes et caſte luxurioſe creduntꝰ
et vane· Quot penitentes hypocrite· Quot domini iuſticie amatores
tyranni· Quot demqꝫ boni reputanꝰ mali· Ideo ait ambro· Tolerabi
liores ſunt fures qui diripiunt bona nr̄a ꝙ detractores qui lacerant
famā noſtrā· Secūda racio oſtēdens malignitatē detractionis vocatur
generalitas· Sunt nanqꝫ multa peccata que et ſi cōmittanꝰ nō tamē
in oibus locis nec in omni tpe nec ab oibus ꝑſonis· Viciū aūt detra
ctionis nullū excipit locū nullū tp̄s nullamqꝫ ꝑſonā· hinc eſt ꝙ glo·
ſup illis verbis puer·xxiiii·c· Cū detrahētibꝫ ne cōmiſceatis ait prop
ter hoc viciū ꝑclitaꝰ fere totū genus humanū· Et hieroꝰ·ad celanciā
Raro inuenies qui ita irreꝑhenſibilēz velit exhibere vitā ſuam vt nō
libenter reꝑhendat alienā· Tercia rō oſtēdens malignitatē detractōis
diciꝰ crudelitas· Eſt eñ peccatū hoc ſatis crudele· ꝓpterea diciꝰ·vi·q·
i·c· ſumma iniq̄tas· Summa ē iniquitas fratres detrahere et accuſare
qꝛ ois qui detrahit frī ſuo homicida eſt· Qd intelligendū eſt ꝑ quā-
dam ſimilitudinē qꝛ ſicut homicida extinguit ꝓximi corpꝰ ita et famā
detractor· Ex h̄ compaꝰ leoni deuoranti hūanas carnes· Vñ ezech·
xviii·c·diciꝰ· Leo factus eſt didicit rape predā et comedere hoies· Et
greg·xiii·li·mora·exponēs illud iob· Quare ꝑſequimini me ſicut deꝰ
et·c·m·ſa·ait· Hi ſunt qui aliene vite detractione paſcunꝰ· et alioꝝ
ꝓculdubio carnibus ſaturanꝰ· Et glo·ſup illo verbo puer·xxiii· Noli
eſſe in cōuiuiis peccatoꝝ nec in commeſſacionibus eoꝝ qui portant
carnes ad veſcendū· Carnes inquit ad veſcendū eſt in locucione dero-
gacionis viciſſim vicia ꝓximi dicere· hoc ergo peccatū feralē facit ho
minē imo omni fera peiorē· qꝛ vt dicit iac·iii·c·ſuē cano· Oēs nanqꝫ
animaliū volucꝝ et ſerpenciū nature ab hoie domite ſunt et domanꝰ
Linguam autē hominū nullus vnqꝫ domare potuit neqꝫ pōt· O igi-
tur detractio peccatū damnabile· tu nempe es qui multos ad tartara

feſtinantiſſime cōpellis·qr vt iac̄·v·c·dicit·Si q̄s putat ſe religioſuʒ
eſſe nō refrenās linguā ſuā ſed ſeducēs cor ſuū huiꝰ vana eſt religio

Quod tribus modis cōmittit detractionis viciū ſcʒ p modū iniquū
aſtutū et ſimulatū ·

Capitulū·ii·

Secundū miſteriū declarandū de detractione dicit̄ modificacō
Solet equidez peccatū iſtud pluribʒ modis cōmitti quos tū
nos ad tres p̄cipuos reducemꝰ·Primꝰ dicit̄ iniquꝰ·Secun=
dus aſtutus·Terciꝰ ſimulatꝰ· Primus eſt modus iniquus cum q̄s
proximū infamare ſtudet cum iniq̄tate·Qd fieri pōt tripl'r·Primo reue
lando peccata ſua ſecreta nō ſeruando p̄ceptū de fraterna caritate de
quo xp̄s dixit Math·xviii· Si peccauerit in te frater ·t·v·et·c·e·inter
te et ip̄m ſolum· Secundo fingendo de proximo mala que nō cōmiſit·
Tercio ſcribendo ɔtra ip̄m famoſos libellos vel ſicut hodie fieri ſolʒ
inuectiuas lenocinio verboꝝ fucatas cōponendo et cantilenas·Secū=
dus modus detrahēdi dicit̄ aſtutus·Sunt nanqʒ alii cū aſtucia detra
hentes proximo adhuc tripl'r·Primo tacendo· Nam cū interrogant̄ de
alicuiꝰ virtutibus licet nullū malū dicant· tacent tū veꝝ et bonū q̄d
ſciunt dr̄eqʒ debent ſicut ſi q̄s interrogaret̄ de aliq̄ puella nubili an
eſſet honeſta et ille ſciret ſic eſſe tam̄ aut taceret aut diceret·Non me
interpono de alienis factis tal' vtiqʒ et ſi nō directe indirecte tū pro=
ximi ſui famā lederet· Ideo dicebat gilbertꝰ porretanꝰ·Grauis tapaci=
tas cum verā alteriꝰ gloriā et ſi mēdacio nō corrūpis ſilencio p̄teris
Liuor em̄ excellenciam ꝓpriam ſp cogitans alienā obſcurat·Secūdo
aſtuti detrahūt negando cū ſcʒ et ſi malū nō dicant de proximo negāt
tū bona que de illo ab aliis narrant̄ et p̄dicant̄·Tercio aſtuti detra=
hunt venenādo cū ſcʒ multa bona dicūt de aliquo venenando cū ali
quo malo inт̄poſito ſicut pleriqʒ faciūt ſp addentes ·ſed· vel ſi·Dicūt
em̄ O ſi talis nō haberʒ illū defectū vel illū ⁊c̄·quot virtutibʒ quibʒ
floret laudaret̄ a cūctis·vel dicūt· Talis ē doctus vel ꝓbus ſed defi=
cit in hūilitate et huiōi·Sicqʒ detractores aſtuti ne videant̄ detrahe=
re laudant vt tandē vitupent et ſimul cū melle porrigūt ad bibendū
venenū·venena ait hieroꝰ·ad lethā non dant niſi melle circundata ·
Terciꝰ modus detrahendi dicit̄ ſimulatus qui eſt ꝓprius hypocrita=
rum·Ipſi etem̄ detrahunt tripliciter·Primo dolendo·Fingunt nanqʒ
voce vultu verbis geſtu ſuſpiriis dolenter et ex caritate referre crimi
naciones et diffamaciones proximorum ſuoꝝ cum tū id faciant ex im=
pietate liuore et inuidia·Scd̄o hypocrite detrahunt augēdo cum nar
rant aliq̄d factum nimiū verbis ſuis aut factis amplificantes illud et
adaugentes· Tercio hypocrite detrahunt nominando cum ſcʒ nomi=
nant multos cum laude et poſt alicui alteri detrahūt· Hi modi et ſi
non hoc ordine nichilominꝰ in ſubſtancia pro maiori p̄te ponunt̄ ab
Alex·de ales in ſecūdo volumine ſumme a ſancto tho·ii·ii·q·lxxiii·

Quod p detractionem offendunt̄ detrahentes audientes et pacien
tes·

Capitulum·iii·

TErcium miſteriũ contemplandũ de detractione dicitur offen
ſio· Eſt eteniꝫ peccatum hoc offenſiuũ valde·offendit nanqꝫ
tria hoim̃ genera·Primi ſunt detrahentes· Scdi audientes·
Tercii paciẽtes· Primi quos detractor offendit ſunt ipi detrahen⸗
tes·Nam vltra hoc ꝙ mortalr̃ peccant ſcd̃m ſcotũ in·iiii·di·xv· Te⸗
nenẽ ad reſtõem fame·Qd ſcd̃m rich·et tho·fieri hꝫ ad arbitriũ boni
viri et de modo reſtituẽdi talẽ famã eciã ſatis ample ſcripſit ſanctus
Bernhardin·in q̃dragelimali de xp̄iana religione·Ideo nõ curaui h
multũ h ampliare· Verũtñ cum pauciſſimi repiant qui famã velint
reſtituere his quibꝫ detrahũt magnũ piculũ eſt detrahere· Secundi
quos detractor offendit ſunt audiẽtes·Illi eñ qui detrahentibꝫ beni
uolum p̄bent auditũ peccatũ nõ effugiũt·Idcirco bern̄·ad eugeniũ in
quit·Velle detrahere et audire quid hoꝝ damnabili9 ſit non facile
dixerim·Et aug9·Ne accõmodes aures tuas detractioni· Detrahẽti
eñ anime et audienti vtriſqꝫ eſca mortis eſt detractio· Et·xi·q·iii·c·
non ſolũ· Non ſolũ ille reus eſt qui de alio malũ pfert ſed qui cito
criminibꝫ aurẽ p̄bet ꝓpterea caute agendũ eſt vt nõ ſolũ nõ detraha⸗
mus ſed ne detrahẽtes quidẽ audire velim9·Ad hoc aũt quinqꝫ ſunt
oportuna remedia·Primũ eſt elongacõ vt ſi fieri põt elonget ſe vnuſ⸗
quiſqꝫ ab his quos detrahere videt paratos·Et de hoc ſapiẽs puer·iiii
ait·Detrahencia labia pcul ſint a te·Secundũ remediũ eſt ꝯtriſtacio
Nam ſi quis non põt ſe a detractoribꝫ elongare oſtendat eis detra⸗
here volentibꝫ vultũ triſtẽ ſignificans ſe nõ libenter audire et confri
cando caput ſpuendo in terrã poſt tergũ reſpiciendo et faciendo ſimi
lia refrenet dicentis audaciã Quia vt inquit ſapiens puer·xxv·Ven
tus aquilo diſſipat pluuias et vultus triſtis linguam detrahentẽ·Et
hiero9· ad ruſticũ monachũ· Sicut ſagitta ſi mittat̃ in durã materiã
nõnunꝙ̃ reuertit̃ in mittentẽ et vulnerat vulnerantẽ ita et detractor
cum triſtẽ viderit vultũ audientis imo non audiẽtis ſed obturantis
aures ſuas ne audiat iudiciũ ſanguinis illico cõticeſcit palet vultus
ſaliua ſiccat̃·Et·vi·q·i·c·ex merito dicit̃·Nemo inuito auditori liben
ter refert·Terciũ remediũ eſt rep̄henſio ſicut xp̄s fecit dum diſcipuli
detrahebãt magdalene quibus dixit Math·xxvi·Quid moleſti eſtis
huic mulieri opus bonũ ⁊c̃·Et ad hoc ꝓpoſitũ iob·xxix·dixit·Confe⸗
rebant molles iniqui et edentibus illis auferebant p̄dam·Quartũ re⸗
medium eſt cordis ſtabilicio vt non credat̃ cito omne malũ qd dicitur
quia multi multa loquũtur et ſepius falſa quam vera· Et vt dicitur
eccl·xix·Qui cito credit leuis ẽ corde·De xp̄o et de ioh·baptiſta vt tac
tum eſt multi male loquebant̃·Duo ſenes iudices tanꝙ̃ adulterã men
ciendo accuſabãt ſuſannã inſtantes vt lapidaret̃ vt patet Daniel·xiii
ſancta marina virgo que in habitu virili incognita aliis deo ſeruie
bat in monaſterio infamata fuit ꝙ impgnaſſet iuuenculã quandam
Ob quod fere vſqꝫ ad mortẽ extra monaſterium abinde penitenciam
egit·Hiero9·eciam glorioſus in epiſtola ad aſellam de fictis amicis

conqueritur valde ſic·d·Si tibi p̄ſte a me referri gracias poſſe nō ſa
piam·potens eſt deus ſup pſonam meam ſancte anime tue reſtituere
q̄d meret̄·Ego em̄ indignus nec eſtimare vnquā potui nec optare vt
tantū michi in xp̄o largireris affectū·Et licet me ſcēleratū quidā pu
tent et omnibus flagiciis obrutum et p peccatis meis eciā hec parua
ſint·tam̄ tu bene facis quod ex tua mente malos putas bonos·Peri-
culoſum quippe eſt de ſeruo alterius iudicare et nō facilis venia pra
ua dixiſſe de rectis·Veniet dies illa et mecū dolebis ardore nō paruo
Ego probroſus·Ego verſipellis et lubricus·Ego mendax et ſathane
arte decipiens·Quid em̄ tucius eſt hoc vel credidiſſe vel finxiſſe de in
ſontibus·An eciā de noxiis credere noluiſſe·Oſculabantur quidam
michi manus et ore vipereo detrahebant dolebant labiis corde gau-
debant·Videbat domin9 et ſubſānabat illos et miſe℞ me ſeruū ſuū
futuro cum eis iudicio reſeruabat·Quintū remedium eſt cordis com-
paſſio vt cum quis audit aliquos detrahentes referentes eciā verita
tem compaciat̄ proximis ſuis peccatoribus cōſideretq̄ quia ſecundū
communē legē vt Lac·ait li·vi·nemo pōt eſſe tam circūſpectus tam
prudens qui nō aliquādo labat̄·Et ideo quilibet magis timere debet
de ſuo lapſu quā de peccatis alienis gaudere·Tercii quos detractio
offendit ſunt pacientes illi vic; quibus detrahit̄·Nam vltra hoc q
illo℞ fama denigrat̄ cum ſepius innoteſcat eis quod male dicitur de
illis affligunt̄ et contriſtant̄·Sed reuera conari debent vt poci9 leten
tur et iocundent̄ quoniam tales detractiones criminaciones et oblo-
cuciones falſe faciunt ad augmentū glorie·Vnde xp̄s Math·v·dixit
Beati eritis cum maledixerint vobis homines et pſecuti vos fuerint
et dixerint omne malū aduerſuz vos mencientes ꝓpter me gaudete et
exultate quia merces veſtra copioſa eſt in celis·Seruāda inſuper eſt
regula Gregorii·qui·xi·q·iii·c·inter verba ait Inter verba laudan-
cium vel vituperanciū ſemper ad mentem eſt recurrendū·Et ſi nō in
uenitur in nobis malū quod de nobis homines dicunt in magnam
debemus leticiam pſilire·Et rurſus ſi non inuenit̄ in nobis bonum
quod de nobis homines loquūtur magnam triſticiā generare debet
Videant itaq̄ detractores et bilingues quanta mala faciunt detrahē
do·Penitentes ergo phibeant linguam ſuam a malo et labia ſua nō
loquant̄ iniqua vt ſic diuine gracie munera in ſeculo hoc poſſint pti
cipare et tandē peruenire ad eternum regnū beatorum in quo criſt9
ſaluator noſter cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat per infini
ta ſeculo℞ ſecula· Amen·

Feria quarta quinte ebdomade in quadrageſima de piurii vicio a
quo maxime penitentes cauere debent· Sermo·lviii·

Non eſtis ex ouibus meis·Verba ſunt redemptoris noſtri
originaliter Joh·x·c·et in euangelio hodierno·Qd de iu-
deis locutus eſt xp̄s in verbis premiſſis hodie nō immeri-
to dici poteſt de criſtianis malis·Ipſi etenim vocem criſti

ꝯtemnentes diuina mandata obſeruare non curant quinimo grauiꝰ offendunt quā cetere naciōes que ſub quacūq3 falſa religione uiuūt Inter cetera aūt mala atq3 peccata que ab eis cōmitti ſolent eſt illud vnum execrandū valde violacio ſc3 et fractio iuramēti. Iſtud nanq3 peccatū ita inoleuit. vt a multis ob publicā cōmunē ꝑniciosamq3 conſuetudinē minimū eſſe credat̄. Eapropter ꝓ pn̄cium erudicione in hoc ſermone de ꝑiurio verba faciemꝰ quoniā ꝑiuri ex ouibus xp̄i eſſe nō pn̄t. ꝓponemus ergo de ꝑiurio principal̄r tria miſteria declaranda.

Primū dicit̄ diffinicio. ¶ Quid ſit periuriū et an iurare ſit licitum
¶ Secundū cōmiſſio. quot ſunt iuramēti comites et que ſit iu
¶ Terciū malignacio. ramenti forma. ¶ Capitulū. i.

PRimū miſteriū declarandū de ꝑiurio dicit̄ diffinicio. In quo videnda ſunt quatuor. Primū eſt quod eſt ꝑiuriū. Secūdum vtrū iurare ſit licitū. Tercium quot ſunt iuramenti comites Quartū que ſit iuramenti forma ¶ Primū videndū eſt quid eſt ꝑiurium. Et rn̄det rap. in ſumma ſua. d Periuriū eſt mendaciū iurām̄to firmatū. Et quia dicit iuramento notandū ſcd̄m Alex. de ales in. iii. ſum. Qd̄ duplex eſt iuramentū. Vnū aſſertoriū. cum ſc3 iureiurando aſſerit̄ aliquid ſic eſſe vel nō eſſe. Scd̄m eſt iuramentū ꝓmiſſoriū cū ꝓmittit̄ aliquid fieri. vel nō fieri et in vtroq3 menciendo ꝑiuriū conſiſtit. Sed hoc plenius declarabit̄ in ſequenti miſterio. Hugo vero de ſancto victore. quid ſit ꝑiuriū expreſſius declarat ſic. Periuriū eſt falſa vl̄ indiſcreta iuracio ſeu iuramenti tranſgreſſio. Secundū videndū vtrū iurare ſit licitū. et ꝙ ſic videt̄ primo exemplo dei. Ipſe etenī iurauit. Vnde gen̄. xxii. Per memetipſum iuraui dicit dominꝰ. Et pſal̄. cix. Iurauit dominꝰ et non penitebit eum. et hiere. xliiii. Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait dn̄s. Et amos. iiii. Iurauit dn̄s deus in ſancto ſuo. Et luc̄. i. Iuſiurandū qd̄ iurauit ad abrahā patrem noſtrum ꝛc̄. Secundo ꝙ iurare ſit licitū pt3 exemplo patrū tam veteris ꝙ̄ noui teſtamēti. Scribit̄ eni3 ioſue. xiiii. Iurauit moyſes in die illo dicens. Terra quā calcauit pes tuus erit poſſeſſio tua et filiorū tuorū ineternū quia ſecutus es dominū deum tuū. Et iudic̄. xxi. Iurauerūt filii iſrahel in maſphat et dixerunt Nullus noſtrū dabit filiis beniamin de filiabus ſuis. Et. ii. regum. xxi. Iurauerunt viri dauid. d. Iam non egredieris nobiſcū in bellum nec extinguas lucernā iſrael. Et. ii. paralip. c. xv. dicit̄ de filiis iuda et beniamin qui venerant in iheruſalem. Iurauerunt domino voce magna et in iubilo et in clangore tube Et ro. i. Iurauit pau. dicens. Teſtis eſt michi deus cui ſeruio in ſpiritu meo et in euangelio filii ꝙ ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in oracionibus meis. Et phil̄. i. Teſtis eſt michi deus quomodo cupiam omnes vos in viſceribus iheſu criſti. Et hieroꝰ. in deſcripcione pauli primi heremite inquit. Teſtor deum et angelos eius vidiſſe monachos ꝛc̄. Tercio ꝙ iurare ſit licitū probat̄ ex ordinacione eccleſie et ſacrorū conciliorū. Nam ordinata ſunt iuramenta

Romani principes de iureiurando hereticoꝝ qui abiurant hereſimvt
notatˀ de conſe·di·ii·c·Ego bellengariꝰ·Et ex·de hereticis·c·Ad abo
lendam prelatoꝝ·vt de electione in·c·ſignificaſti·et ſic de aliis iura-
mentis que ſacri canones ponunt· Quarto ꝙ iurare ſit licitũ probatˀ
auctoritate·Vnde deutro·vi·Dominum deum tuũ timebis et illi ſoli
ſeruies et per nomen illius iurabis·Et deutro·x·c·Iurabis in nomine
eius·Et pſalmo·lxii·Laudabuntˀ omnes qui iurant in eo·Et heremie
iiii·Iurauit viuit dominꝰ in veritate et in iudicio et in iuſticia· Ad
idem facit ꝙ ſcribitur·xxii·q·i·c·omne·c·Non eſt·c·in nouo teſtamẽ
to·c·vt noueritis·c·ita·c·tu manifeſtũ facis·c·et iurabit·c·conſidera·
c·ſi peccatum eſſet·Quinto probatˀ ꝙ ſit licitum iurare racione·Nam
actus virtutis eſt licitus ſed iurare per deum eſt actus latrie qr ſicut
hieronimus in gloſa·ſuper illud Math·v·Reddes domino iuramen-
ta tua·hoc per quod quiſqꝫ iurat veneratur· Venerari autem deum
actus latrie eſt·ergo actus iurandi per deũ eſt licitus·Sed contra ar
guunt aliqui ex auctoritate ſaluatoris dicentis· Math·v· Ego dico
vobis non iurare omnino·Et ex auctoritate iacobi·qui·c·v·ſue cano-
nice ait·Ante omnia fratres mei nolite iurare· Reſpondet Augꝰ·in
libro de mendacio·Et in epl'a ad plebeculam qd in his auctoritatibꝫ
p̄dictus non prohibetˀ iuramentũ in quocunqꝫ caſu· Sed interdicitur
immoderatꝰ et nimius vſus eiꝰ ne ſic perueniatˀ in periuriũ· Tercii
videndũ quot ſunt iuramenti comitez vt debito modo fiat·Reſpondꝫ
hieroꝰ·xxii·q·ii·c·Animaduertendũ ꝙ ſunt tres· ſcꝫ veritas iudiciũ
et iuſticia·Idem ponitur in·c·et ſi criſtus extra de iureiurando·Pri-
ma condicio vel comes iuramenti eſt veritas vt ſcꝫ fiat cum veritate
Secunda eſt iudicium vt fiat diſcrete· Tercia condicio eſt iuſticia vt
fiat de re iuſta et licita ¶ Quartum videndum erat que ſit iuramẽti
forma·Et reſpondet innocencius et ray·ꝙ alia fuit forma iuramenti
in veteri lege in qua iurare ſolebant dicẽtes·Viuit deus viuit anima
mea vt patet primi regũ·xxiiii·et·xxv·Alia fuit forma iuramenti in
eccleſia primitiua·Tunc enĩ iurantes dicebant·Teſtis eſt michi deꝰ
vt ſupra dictum eſt de paulo· Hodie vero forma iuramenti ſolet eſſe
ad ſacra dei euangelia·Omnibus tamen modis quibus deus iuratur
iuramentum eſt·

¶ Quot modis committatˀ iuramentũ et ꝙ quatuor ſunt iuramenta
indebita·ſcꝫ falſa iniuſta incauta et omiſſa· ¶ Capitulum·ii·

Secundum miſteriũ contemplandũ de periurio dicitˀ cõmiſſio·
In quo ex dictis notare debemus ꝙ periuriũ cõmitti poteſt
quadruplicitter ſecundũ quatuor indebita iuramenta·Primũ
eſt iuramentũ falſum·Secundũ iniuſtum·Tercium incautũ·Quartũ
omiſſuz· Primo cõmittitˀ periuriũ reſpectu iuramenti cum qs iurat
falſuz ſiue in iuramento aſſertorio ſiue pmiſſorio · Aduertendũ tam̄
ſcd̄m aug·xxii·q·ii·c·hoĩes·Qd aliquis poteſt iurare falſum cũ inten
tione fallẽdi et talis peccat et piurus eſt·Aliquis põt iurare falſum

ſine intencione fallendi et tunc ſi adhibuit diligenciam debitam ne iuraret falſum licet illud iuret nō peccat· Quia vt dicitur in dicto ·c· Ream linguā non facit niſi rea mens· Poteſt eciā quis iurare verꝝ cū intencione fallendi et tal' peccat et quantū in ſe eſt piurus efficit· Secundo cōmittit piuriū in iuramēto iniuſto vel illicito et tunc peccatum eſt ſic iurare et peccatū eſt tale iuramentū obſeruare· Vnde yſi· in ·c· q̄ malis ·xxii· q· ii· ait· In malis pmiſſis reſcinde fidem· In turpi voto muta decretū · Qd icaute vouiſti ne facias Impia pmiſſo eſt· ad idem eſt ·c· Si aliq̄d ·c· nō ſolū ·c· vnuſquiſq; c· Incōmutabilis ·c· magne ·c· non ſemp ·c· diffinicio ·c· ſi ad peccatū ·et ·c· mulier· Propterea non excuſat herodes qui iuſſit amputari caput Ioh· baptiſte ne violaret iuſiurandū· Iurauerat nanq; dare puelle ſaltanti quicq̄d peteret licet dimidiū regni eius· At illa peciit ·d· Da michi in diſco caput Iohannis baptiſte vt dicit Mar vi ·c· Ideo dicit ambro· li· de officiis· Herodes ſaltatrici premiū turpiter pmiſit crudeliter ſoluit · Turpe eſt ꝙ regnum pro ſaltacione pmittat· Crudele ꝙ mors pphete pro iuriſiurandi religione donat · ¶ Tercio cōmittitur piurium in iuramento incauto ſiue indiſcreto in quo deeſt iudiciū ſicut ſolent facere multi qui p omni minima re iurant p deum per ſanctos ſanctaſq; p corp9 et ſanguinem xp̄i et huiōi qui audire debent verbū ſapientis ·d· ecc· xxiii· Iuracioni non aſueſcat os tuū· Multi em̄ ſunt caſus in illa· Et iterꝝ ibi· Vir multū iurans implebit iniquitate et non diſcedet a domo eius plaga· Qui autē ſic conſueuerūt iurare difficile corriguntur· Vnd et ego ſcio in ciuitate quadā italie epiſcopū quendā qui neſciebat loqui niſi diceret p corpus xp̄i et in nomine dyaboli · Cum vero nullus auderet illū corrigere dn̄s ciuitatis caritate motus hoc officiū in ſe ſuſcepit· Quare inuitauit ep̄m vt ſecum pranderet et finito prandio dn̄s traxit ep̄m ad ptem ſatiſq; reuerenter et honeſte dixit ei· Pater reuerendiſſime multi de te aiunt ꝙ neſcis verbum pferre ſine iuramento et inuocacione diaboli· At ep̄us in impacienciā verſus· Reſpondit in nomie diaboli et quis de me ita dicit· Per corpus xp̄i nō eſt verꝝ· Cui dominus iam a teipſo teſtimoniū accepi ſicq; ep̄us ille cum rubore diſceſſit· Illi vero ſimiles plurimi inueniunt qui eciā dū confitent ob iurandi longam conſuetudinē iurare non erubeſcunt·

¶ Quarto cōmittit piuriū in iuramento omiſſo· Cū ſez nō ſeruantur ea que ſeruari debent et poſſunt eciam iuramento firmata· O ſi ſeruarent reges principes duces comites marchiones barones officiales publici capitanei poteſtates rectores iudices aduocati procuratores notarii et certe multi alii que iureiurando promiſerunt· quot iniuſticie ceſſarent quot impietates deeſſent quotue mala deficerēt· De prelatis aūt curam animaꝝ habētibus nichil dico tn̄ vnū aſſero ꝙ multi ex his qui in dignitatib; ſunt conſtituti tam ſp̄ualib9 quā temporalibus ex euidencia facti ipſorumq; operibus piuri eſſe cognoſcunt· Qd piuriū oſ̄dit peccatū malignū et graue· tū pter tranſgreſſionē

tum ꝓpter ꝓuocacionem·tum ꝓpter aſſimilacõnem· tum eciam ꝓpter
punicionem· ¶Capitulũ·iii·

Tercium miſteriũ de piurio declarandũ dicit̃ malignacio·Eſt
ſiquidẽ peccatũ ſatis graue atqꝫ malignũ quadruplici rõne·
Primo racione trãſgreſſionis·Secundo racione ꝓuocacionis
Tercio rone aſſimilacionis Quarto rõne punicionis· Prima racio
dicit̃ tranſgreſſionis· Tranſgrediunt̃ ſiquidẽ ipſi piuri preceptũ do-
mini qui ait exo·xx·c·Non aſſumas nomẽ dei tui inuanũ·et Leuit̃·
xix·Non piurabis in nomine meo· O quantũ cõfundi debent xp̃iani
pierantes qñ apud infideles tantã vim habet iuſiurandũ vt Mar·re
gulus mori pocıꝰ elegerit ꝙ iurata ꝑ illũ violare· Inquit enĩ augꝰ·
de illo li·i·de ci·dei· Marcꝰ regulꝰ impator populi romani captiuꝰ
apud cartaginenſes fuit qui dũ ſibi mallẽt a romanis ſuos reddi ꝙ
eoꝝ tenere captiuos ad hoc impetrandũ hunc p̃cipue regulũ romam
miſerũt prius iuracõne ꝯſtrictũ ſi qd volebãt minime pegiſſet reddi
turum eſſe cartaginẽ· perexit ille atqꝫ in ſenatu ꝯtraria pſuaſit qꝛ nõ
videbat̃ eſſe vtile romane reipublice mutare captiuos nec poſt hoc a
ſuis ad hoſtes redire cõpulſus eſt tamẽ qꝛ iurauerat id ſpõte cõpleuit
Cartaginenſes aũt vt dicit vale·ſub rubrica de crudelitate eum gran
dibuꝫ cruciatibꝫ necauerũt·Incluſuꝫ quippe anguſto lingno vbi ſtare
cogeret̃ clauiſqꝫ acutiſſimis referto vt ſe in nullam ptem ſine penis
atrociſſimis inclinare nõ poſſet eciã vigilando pemerũt·O xp̃ani piu
ri·O violatores fidei·O fractores iuramẽti·Animaduertite et cõſide-
rate ꝙ vitupabile eſt quãue dampnabile peccatũ veſtꝝ et in exemplo
marci reguli diſcite quãta diligencia teneri debeat iuſiurandũ·Scdo
peccatũ piurii eſt graue atqꝫ malignum racõne ꝓuocacionis·Ex illo
nanqꝫ ꝓuocatur deus ad indignacionẽ et iram qꝛ ſicut inuocãtes no
men eius ptegit et defendit· Ita illud falſificãtes et ꝯtemnentes ab-
horret et pſequit̃· Dixit ei iohel·ii·c·Omnis qui inuocauerit nomẽ
domini ſaluꝰ erit·Et ꝑ dauid in pſal· Protegam eum qm̃ cognouit
nomen meũ·Et puer·xviii·Turris fortiſſima nomẽ domini·Sic ecõ-
uerſo expugnat illos qui nomẽ eius irreuerenter tractãt· Propterea
aſdrubal a cartaginenſibꝫ miſſus ad romanos legatus ꝑ pace firmã-
da poſtꝙ ſcipio deuicit hanibalẽ vt dicit titusliuius cum oraſſet in
ſenatu flexiſſetqꝫ ad miam pr̃es vni eoꝝ qui p̄ omnibꝫ cartaginenſiũ
fraudeꝫ celarat dicẽti·Per quos deos iurabitis nobis quos alias iu
rando feſelliſtis·Rñdit ꝑ eoſdẽ quos tam aduerſarios expimur ꝯtra
iurata frangẽtes· Legit̃ eciam in vita ſancti nicolai ꝙ vir quidã ab
vno iudeo q̃ndã ſummã pecunie mutuo accepit iurãs ſuꝑ altare ſan-
cti nicolai ꝙ quãcıcıꝰ poſſet eã ſibi redderet· tenẽte illo diu pecuniã
iudeꝰ eam expoſtulat ſed ille eã ſibi reddidiſſe affirmat Ducit̃ res ad
iudiciũ et iuramẽtũ indicit̃ debitori·At ille baculũ cauatũ q̃ꝫ auro mi
nuto ipleuerat ſecũ detulit ac ſi eiꝰ adminiculo indigeret·Volens igit̃
facere ſacr̃m iudeo ibidem exiſtenti baculũ tenendũ detulit · Iurauit

ſtaqꝫ ꝙ plus reddiderat quã acceꝑat facto iuramento baculũ ſuum
repeciit quē iudeus ignarus aſtucie ſibi reddidit·Rediens·aũt ꝑ frau
dem fecerat in quodã biuio oppſſus ſomno corruit·Curruſqꝫ cum im
petu veniens eum necauit et plenũ auro baculũ fregit et aurꝝ effu-
dit·Audiens hoc iudeus concitus illuc venit·Cumqꝫ dolum vidiſſet
et a multis ei ſuggereret vt aurũ reciꝑet omĩo renuit niſi qui defunc
tus fuerat ad ꝑces beati nicolai ad vitã rediret aſſerens ſi hoc fieret
ſe baptiſma ſuceptuꝝ continuo igit̃ qui defunctus fuerat ſurrexit et
iudeus in xp̃i nomĩe baptizatus eſt· In ciuitate vero licii fuit quidã
